Granici, & Æsapi fluminum origo. Unde & nomen Cotylo inditum,  
κοτύλης, quod conceptaculum significat.

¶ Cotymba, navigii barbaricæ genus. L. g. b. ¶

Cotys, κοτύς, Thracæ rex fuit, qui in bello civili Pompeii partes se-  
quutus est. De hoc tradit Plutarchus, quod quum sibi esset conscius  
modum se in castigandis servis egredi, pocula quædam, pretiosa  
quidem, attamen fragilia, ab hospite dono accepta, ubi donatorem  
benigne remuneraverat, universa confregit: veritus ne si à ministris  
frangerentur, in iram excandesceret, & nimis atrocem in illos poenam  
statueret. ¶ Fuit & alius eiusdem nominis Thracæ rex, qui Tiberii  
tempore Rhescuporis patrui fraude circumventus est & occisus. Au-  
thor Tacit. lib. 2.

Cotytto, τύττο, κοτύττη. Dea impudentiæ habita est, cui Athenæ à Baptis  
( eo nomine vocabantur ejus sacerdotes ) nocturna sacra siebant,  
quæ ab illa vocabantur Cotyttia. Hanc Probus saltatricem fuisse  
existimat: unde etiam sacerdotes ejus lascivis saltationibus mores  
ejus referebant. Juven. Satyr. 2.

Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytto.

Vide Politiani Miscel. cap. 10.

Cotyttæ, orum, κοτύτται. Sacra erant nocturna (ut dictum est) quæ  
Athenis siebant à Baptis in bonorem Cotytæ impudentiæ deæ.  
Vide supra in dictione Baptæ.

¶ Covâli, Daemons lusum assimilantes, & decipientes. RH.

Coventria, Coventre. V.E. Angliæ, sub A. Cantuariensi. ¶

Covīnūs, { κοινός ἄρρεν πολεμικός δραπενθόεσσ. GALL. Un chariot de  
guerre armé & garni de grands trenchans & cousteaux pour met-  
tre en pieces ceux qu'il rencontre. ITAL. Caretta, Carro da guerra  
armato per conquassare un' esercito. GERM. Ein Karch ab dem man-  
streyt/ kriegs wagen/ heertwagen. HISP. Un genero de carro de guerra.  
ANGL. A kind of warre chariot armed and garnished with pikes or  
suth sharpe instrumentes. ¶ Vehiculi falcati genus fuit, quo Britanni  
& Galli in præliis utebantur. Pompon. Meia, Dimicant non equi-  
tatu modò, aut pedite, verùm & bigis, & curribus Gallicè armati:  
Covinos vocant, quorum falcatis axibus utuntur. ¶ Inde Covina-  
rius dicitur auriga, qui covinum regit, aut qui ex covino pugnat.  
ὁ τέττας ἐργαζεται ἡντοξεύεται, οὐ αναβάτης. Tacit. in vita Agricol. Media  
campi covinarius, & eques strepitu ac discursu complebat. Id. Co-  
vinarius se peditum prælio miscuere.

Covinarius est, qui ex covino pugnat. ¶ Vide Covinus.

Cōüs, κοῦς. Vide Coos.

Cōüs, Græcè κῶς, Latinè Senio, numerus est in talo, Cani contrarius,  
qui & Venus dicitur: quem qui jecisset, sex lucrifaciebat: qui vero  
Canem, nummum unum addebat: unde etiam Damnosa canicula à  
Poëtis vocatur. Coo suo dilecta Battis. Ovid. Eleg. 5. lib. 1. Trist.

Coütor, à com, & utor: quasi, Simul utor.

Covum, veteres cœlum vocabant: quod Festus scribit dictum à chao,  
ex quo poëtae dicunt cœlum esse natum: imò potius, quod κῶς  
apud veteres significabat aërem. ¶

Coxa, & Coxendix, pro eodem accipiuntur. { ποιησια κοχέα. igōr. GALL.  
La hanche, ou la cuisse. ITAL. Cescia. GERM. Hüft. HISP. La pierna,  
d'nalga, d'anca. ANGL. The hippe or huccke bone, tho haunch. }  
Sunt enim coxendices, sive coxae, ossa duo, sacro ossi utrinque astræ-  
cta, cavaque quædam habentia acetabula, quibus ossium femoris ca-  
pitula inseruntur. Græcè ἕγκα appellantur: unde Ischiadicus morbus,  
qui coxendices infestat, & Ischiadici dicuntur è coxendicibus labo-  
rantes. Plin. lib. 25. Coxendicibus & articulis omnibus cum axun-  
gia utilissima. Cato incantamentum docet ad sanandas coxendices  
laxas, hoc est, loco suo motas. Suet. in Aug. Coxendice, & femore,  
& crure sinistro non perinde valebat, ut sæpe etiam inde claudicaret.  
Plin. in Epist. Hunc dum sequitur, colligitque per læve & lubri-  
cum pavimentum, fallente vestigio cecidit, coxamque fregit: quæ  
patum aptè collocata, reluctantæ ætate male coit.

Coxim, est in coxis nitendo, coxiim sedendo. Incoxo, in coxam sedeo.  
Coxus

**Toxus**, *χαλάρης*. Gloss. claudus vitio coxa. Ita coxendix, & partem, & partis morbum significat. Coxigare, *χαλάρειν*. Glossar. id est, claudicare. ||

Cra, era, vox est corvorum. Cath.

Craba, morbi genus. Cedren. ||

Crabasia, *κραβασία*, urbs Iberium. Steph.

Crabra, æ, aquæ nomen in agro Tusculano. Cic. pro Corn. Balb. Ego Tusculanis pro aqua crabra vestigal pendam, quin à municipio fundum accepi. Idem in Epist. De crabra quid agatur, et si nunc quidem nimium est aquæ, tamen velim scire.

Crabronæ, insecta volucria, vespis similia, sed majora. *קְרָבְרָוִת* *תְּסִירְבָּהּ*. *κραβώνεις, οφεντίνης*. GALL. Freslons, ou froilons, fontons. ITAL. Calabroni. GERM. Ein hūraus. HISP. Tabarros ó moscardas. ANGL. Hornet-tes or great wasps. } Degunt in sylvestrium arborum cavernis: vita bimatum non transeunt, creantur ex equis. Vide Plin. lib. 11. c. 22. & lib. 20. c. 13. & lib. 29. c. 4. Spicula crabronum. Ovid. 11. Met. Asper crabro. Virg. 4. Georg. Irritate crabrones, ratis ophnias ēt. Sīc, id dictum est à Plaut. in Amph. in mulierum ingenium: quibus si iratis repugnes, magis provokes, neque sine tuo malo discedas.

Crac, sive Petra-Deserti. V.A. sub P. Jerosolymitano.

Craceo, gracilis sum. Fest. Cracentes, graciles. Ennius.

Succincti gladiis, media regione cracentes.

Cracovia, Cracawo, ad Vistulam fl. regni Poloniae metropolis, & Regum sedes: habet Episcopum Gnesnensi A. suffraganeum. ||

Crade, *κράδη*, urbs Carie. Steph.

Crægus, *κράγος*. Stephano, mons Lycæ, Tauri pars, ut scribit Pompon. lib. 1. & Plin. lib. 5. cap. 27. ex opposito habens montem Anticragum. Sic dictus à Crago Tremiletis & Praxidicæ Nymphæ filio. Horat. lib. 1. Carm.

Sylvæ, aut viridis Cragus, &c.

Ovid. Metam. lib. 9.

Iam Cragon, & Lymira, Xantique reliquerat undas.

Gragus apud Diomedem lib. 3. Vidente fœta pinus in Grago.

Crama, *κράμης τὸ*, id quod mistum est, vinum aquâ mixtum, diluta potio: à κράμη, misceo. ||

Crãmbæ, es, fœm. gener. { *κράμη*. GALL. Une espèce de choux. ITAL. Specie di caolo. GERM. Köl/kappentöl. HISP. Un genero de berza. ANGL. A kind of colewort. } Brassicæ species est apud Plin. lib. 20. cap. 9. amari saporis, tenuioribus foliis & simplicibus, non ingrato gustu, sed quæ recocta fastidium patiat & nauseam. Unde profectum est proverbium, Crambe recocta mors est. Græcis tamen Crambe generale nomen est, ad ea omnia extensum, quæ Latinis Brassicæ appellatione continentur. Crambe dicta est (ut quidam putant) quasi κρέμενη, παρὰ τὸ τὰς κρέμεις αὐτοῦ ἀπόλεια: hoc est, ab eo quod oculorum pupillas obtundat, hebetaque. Unde & κρέμειη ab Atticis appellatur. Quanquam sunt, qui vocis hujus etymon ad aliam ejus herbae naturam malint referre, ut Crambe dicta sit, quasi κρέμειη, seu potius κρέμη, hoc est, quasi crapulæ occurrat, seu resistat; nam vino adversatur, ut inimica vitibus: unde sumpta in cibis, ebrietatem arcit, & crapulam jam contractam discutit.

Crambus, *κράμβη*, est vitium fructuum, & præcipue uvarum, quum acriore Solis exultione acini uvarum velut tosti inarescant. ||

Crambutis, *κράμβης*, *κράμβης*, urbs Ægypti. Steph.

Crãmbusā, *κράμβης*, insula est circa Seleuciam Isauriæ. Author Strab. lib. 14.

Cranaë, *κραναῖ*, insula Laconica, quæ nunc Helena, ante Getheum, *γέτεων*, sita; hinc Craneus, vel Cranaates. Sic & Attica vocabatur à Cranao rege. Steph.

Cranaus, *κραναῖ*, Athenarum rex fuit, qui Cecropi in regno successit, à quo regionis incolæ Cranai dicti sunt.

Craneum, *κρανεῖ*. Gymnasium erat apud Corinthum. Cic.

Cranea, *κρανεῖα*. Exigua regio est Ambraciotorum, cuius incolæ dicuntur Craneates. Steph.

Craneus, *κρανεῖς*, primus Macedonum rex, à quo ad Alexandri Magni tempora numerantur anni circiter quingenti: quo intervallo reges circiter xxxviii. in Macedonia regnarunt. Autor Volaterran. lib. 13.

Cranganora, Crangonor. V.A. Indiæ Orientalis. ||

Crana, *κρανία*, Tarsus Ciliciæ olim vocabatur, à Crano quodam. Steph.

Cranides, *κρανίδες*, vicus juxta Pontum: gentile Cranitæ. Steph.

Cranius, ii, *κρανίον*, Cephalleniac civitas est, quam Thucidides lib. 5.

*κρανίον* vocat plurali numero.

Cranon, nis, *κρανόν*, urbs Thessaliæ Pelasgiotidis, in campis qui Tempe appellantur, centum stadiis distans à Gyrtone, Steph. ex Strab. Est & alia Athamania à Cranone Pelasgo. In hac duos duntaxat corvos esse tradunt; & quium pullos excluserint, paribus relatis discedunt. Abest Cranone stadiis centum à Gyrtone, ut Strab. inquit. Homerus Cranonios Ephyros vocat, Phlegyas Gyrtoneos. Steph.

Cranium, { *κρανίον* *γλυπτόν* *γλυπτόν*. GALL. Le crane, le test. ITAL. La calvitia del capo. GERM. Hirnschal. HISP. Calavera. ANGL. The skull or bare scalpe of the head. } Est calva capitis, & poculi genus, calvæ figuram referens. || Hadr. Junius dici vult, quod cerebrum integrum, quasi *κράνος*, i.e. galea.

Cranon, Ceres, urbs ampla in planicie Thraciæ, teste Bellonio lib. 2. cap. 55. ||

Crannus, *κράννος*, urbs alias Ephyre dicta. Steph.

Crantor, *κράντορ*, Solensis Academicus Philosophus fuit, Platonis auditor, & condiscipulus Xenocratis & Palæmonis, qui novis opinioribus Academiam Platonicam repleverunt. Hic scripsit librum de Consolatione, quem Cicero æmulatus est. Perit aquæ intercutis morbo. Taxavit Stoïcorum indolentiam, quæ esse nullo modo potest, nisi planè hominem saxeum esse velimus, & omni sensu certem. Horat. lib. 1. Epist.

Troiani belli scriptorem, Maxime Lollum,  
Dum tu declamas Roma, Præneste relegi,  
Quicquid sit pulchrum, quid turpe, quid usile, quid non,  
Galepini Pass. I.

Planius ac melius Cryssippo & Craniore ditit.

¶ Alius fuit Pelei armiger, de quo Ovid. lib. 12. Metam. CRAPVLÄ, Comesatio, ebrietas. { *κραψία*. GALL. Yurognerie, & les inconveniens & les maladies qui en viennent. ITAL. Crapulo. GERM. Das hauptwoch von dem prassen. Item Trunkenheit / trâssere/ fülleren. HISP. Embriaguez. ANGL. Surfetting a disease comming of drunkenness. } Cic. 2. Philip. Edormi crapulam, & exhala. Huc veni crapulam dum evomerem. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 5. Plin. lib. 23. cap. 1. Novitium resinatum nulli conducit, capitis dolorem & vertigines facit: ab hoc dicta Crapula est. Ubi hoc videtur innuere, Crapulam dici *κράψις τὸ κραψτόν μέδια*: hoc est, ab eo quod caput vertigine concutiat. Aristoteles in Problemata. in eo distinguat crapulam ab ebrietate, quod ebrietas una cum mente adimit & sensum doloris: Crapula vero constante mente caput afficit. ¶ Hinc Acæpala, *ἀκραψία*, à Græcis vocantur medicamenta, quæ crapulæ resistunt, inter quæ numeratur & Brasica. ¶ Crapula, aliter Plin. lib. 14. cap. 20. Ratio autem condiendi musta in primo fervore, qui novem diebus ut plurimum peragitur, asperu picis, ut odor vino contingat, & saporis quedam acumina. Vehementius id fieri arbitrantur crudo flore resinæ, excitatiique lenitatem. E diverso crapulæ compesci feritatem nimiam, frangique virus: aut ubi pigra lenitas torpeat, virus addi. Liguria maximæ, circumpadanisque mustis utilitas discernitur hoc modo: pugnacibus mustis crapulæ plus inditur, lenibus parcùs. Sunt qui ex utroque condiri velint, &c. Hoc in loco Plinii crapulam vocati quidam putant medicamenta quibus vini lenitas excitatur. Alii vero resinæ florem esse dicunt, id quod in resina supernat: quod autem sit in fundo, crapulam: ut sit crapula velut fæc resinæ.

Cräpulör, is, deponens, est cibo & vino se ingutgitare. { *κράψις τὸ κραψτόν μέδια*. GALL. S'enyrer, manger ou boire trop. ITAL. Troppo empieristi di mangiare à bere. GERM. Sich füllen mit fräßen und sauffen. HISP. Embriagarse. ANGL. To mak himself dronken, or eat much. }

CRÄS, adverbium temporis, idem significat, quod die proxime futuro: sicut Heri, die proxime elapso. { *κράσις τὸ κράστις μέδια*. GALL. Demain. ITAL. D'iman, domani, domattina. GERM. Morn/morgen. HISP. Mañana, otro dia. ANGL. To morraro. } Cic. lib. 12. ad Attic. Scies igitur fortasse cras, ad summum perendie. Horatius, *Quid sit futurum cras, fuge querere.* ¶ Accipitur interdum pro nomine substantivo, idemque significat, quod dies crastinus. Persius,

*Iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras.*

Martialis,

*Cras te vieturum, cras dicas Posthume semper:*

*Nescio cras illud Posthume quando venit.*

Nonnunquam ponitur indefinite pro quovis tempore futuro. Plaut. in Aulul. Quæ cras veniet, perendie feratur fortas. Dabuntur (hæ decem minæ) cras peti jubeto. Idem Mostell. sc. 1. a. 1. Cras ea quidem sunt (Dionysia.) Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Necesse est mihi hodie Sicyoni esse, aut cras mortem exequi. Ibid. sc. 2. a. 4. Cras faxo ad villam afferat. Idem Most. sc. 1. a. 1.

Crästnüs, a, um: à Cras fit. { *κράστις τὸ κράστις*. GALL. De demain. ITAL. Cosa del giorno seguente. GERM. Mornderich. HISP. Cosa del dia siguiente. ANGL. Pertaining to the morrow. } sicut ab Heri, Hesternus: ut, Dies crastinus, id est, proxime adveniens. Liv. lib. 1. ab Urbe, Petto, crastino die adeste. Plaut. Menach. sc. 2. a. 1. Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus. Hircius Ciceroni, Sed aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis daret. Virg. lib. 1. Georg.

*nunquam te crastina fallet*

*Hora, nec insidiis noctis capière serena.*

Cic. lib. 2. de Orat. Post meridiem si ita vobis est commodum, loquemur aliquid: nisi forte me in crastinum differre vultis. In crastinum vos vocabo (ad cœnam) ridiculè. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 5. In crastinum perventur eum qui recte valeat. Quintil. Diecrastini. Vide die quarti, die septimi, infra in Dies.

Crastinatio. Gloss. *ἀράσθιον, ταχίζειν*, in crastinum rejectio. ||

Crästnö, adverb. idem quod Cras. { *κράσις τὸ κράστις μέδια*. ANGL. To morraro. Gell. cap. 29. lib. 2. Si dominus messium ad amicos rejicit, crastinò seges non meretur.

Crasterium, *κραστίον*, Siciliæ regio. Steph.

Cräsis, *κράσις*, ut à Medicis accipitur, idem est quod temperamentum, hoc est, proportio quedam primarum qualitatum existentium in elementis, ex quibus corpus mistum est & confiatum. ¶ A Grammaticis Crasis accipitur pro contractione duatum syllabarum in unam coalescentium: ut *τίχες*, pro *τίχης*. Dicta Crasis, dicitur *κράσινης*, quod est Misceo, sive temporo.

Crälsämén, Crassamentum, Crassescere, vide Crassus.

Crälsitiüs, genere Surrentinus, ordinis Libertini, cognomine Pasides, Romæ ludum Grammaticæ aperuit, docuitque inter alios Julianum Antonium, Antonii Triumviri filium. Author Tranquillus.

Cräslvñlum, Aceris arboris genus vilius, à venarum crassitudine dictum. Plin. lib. 16. cap. 15.

Crassus, P. Licinius ante ætatem Pont. Max. (quod nunquam antea contigit) Consul creatus, profectus est contra Aristonicum, Eumenis filium. In quo prælio, profligato exercitu, ipse ne in manus hostium veniret, baculo Barbarum quandam in acie oculo converberans, in sui necem provocavit. ¶ L. Crassus orator, superioris filius, qui cum Antonio à Cicerone introduxitur in libris de Oratore, mirifico quodam pudore prædictus fuit: qui tamen non modò non obesset ejus orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. Accusavit C. Catbone in eloquentissimum hominem admodum adolescens, ex quo summam ingenii non laudem modò, sed etiam admirationem est consecutus. Defudit postea Liciniam virginem quum annos vigintiseptem natus esset.

In ea ipsa causa fuit eloquentissimus, orationisque ejus scriptas quasdam partes reliquit. Voluit adolescens in colonia Narbonensi causæ populatis aliquid attingere, cùmque coloniam, ut fecit, ipse deducere. ¶ Hæc ex libro de Orat. & Bruto Ciceronis, in quo libro est elegantissima ipsius Crassi cum Antonio & Scævola comparatio. Deploratur saultis verbis Crassi mores.

D 3





cilité de croire. ITAL. Credulità, la prestezza & facilità al credere. GERM. Leichtfertigkeit etwas von stund an zuglauben. Hisp. Creenzia de ligero. ANGL. Lightness ob beleiff. Plancus Cic. Credulitas enim error magis quam culpa est : & tamen in optimi cujusque mente facili uirilis. Mart. lib. 5.

*Et tumidus Galla credulitate fruar.*

Sua quenque credulitas decipit. Sen. c. 10. al. 29. de consol. ad Polyb. Crēdibilis, e. Verisimilis, probabilis. { יונָה neeman. misor, misur.

GALL. Apparement vray, probable, croyable, ais à croire, vraysemblable. ITAL. Credibile, credevole. GERM. Gläublich. Hisp. Cosa creible y verisimile. ANGL. Credible, that may be believed or thought true. Plaut. in Pænul. Credibile auctor dicit: crede huic, mi pater. Cic. 4. Verr. Multa enim quæ scio abs te esse commissa, quod aut nimium turpia, aut patrum credibilia sunt, prætermittam.

*Hei mihi credibili fortior illa fuit.*

Ovid. 3. Fast. Credibile est, idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Crēdibilitēr, adverbium. Verisimiliter, probabiliter. { misur.

GALL. Probablement. ITAL. Credibilmente. GERM. Gläublich. Hisp. Creible y verisimilmente. ANGL. Virtually to be true. Cic. pro Deo.

At quā non modō non credibiliter, sed ne suspiciose quidem.

|| Creos, vide Critis. ||

Crēmāstērēs, κρημαστῆρες. Nervi, quibus testes dependent. Col. lib. 7. Priusquam ferrum admoveas, duabus angustis ligueis regulis, veluti forcipibus apprehende testium nervos, quos Græcix̄μαστῆρες, ab eo appellant, quod ex illis genitales partes dependeant.

|| Crema, Crema. V. E. ditionis Venetorum, sub A. Bononiensi.

Crematum collybum : forte Cermativo.

Cremulum, κρέμαλον, crepitaculum, quod pulsabatur ad saltandum. ||

Crēmē, es, κρήμη, urbs Ponti, à qua gentile Cremesius.

Crementum, à Cresco, id est, augmentum. αὔξησις.

Crēmērā, κρήμαρα, fluvius Tusciae, apud quem Fabii à Veientibus occisi fuere, authore Livio lib. 2. decad. 1. Ovid. 2. Fast.

*Vt celeri passu Cremeram tenuere caparem,*

*Turbidus hybernis ille fluebat aquis.*

Juvenalis,

*Quid Cremera regio?*

Crēmūm, { יְמֵן mokēdb. φέγγων. GALL. Petites bûches sèches, ou autre matière propre pour allumer le feu. ITAL. Legno facile da accenderse. GERM. Dürre schößlin / welche das feuer schnell entzünden. Hisp. El tizón o tuero de leña encendido. ANGL. Small pieces of timber to kindle fire. Col. lib. 12. cap. 19. à rusticis dicit ita nominari surculos aridos comminutos: quanquam scriptum est gromia. Hermol. in Plin. Crema cinnamoni. Plin. lib. 12. cap. 19. Est etiam crēmūm, Caro frixa in frizio, quæ quod magis torrefatur, eò magis virtus & humor evanescunt. { φέγγων. GALL. Une fricassée. ITAL. Carne fritta in padella. GERM. Geröstet / oder rost gebrachten fleisch. ANGL. Carne freida en la sartén. ANGL. El ash freid in apan. Ut turhac voce Psalmorum interpres. Et ossa mea sicut crēmūm atrectunt. Quidam frizoriam volunt esse: alii durum illud quod in frizio remanet.

Crēmmyōn, κρημμύον. Steph. Oppidum non procul à Corintho, juxta quod Theseus suem, quæ omnes agros devastabat, occidit. Ovid. lib. 7.

*Quodque suam securus arat Cremyona colonus, &c.*

ubi alterum m, versus gratiā, à poëta est elisum. ¶ Crommyum autem per o, urbs juxta Ascalonem: de qua infra.

|| Cremo, forte ab ἀκέμων, est ramus grandis, virgultum. ||

Crēmo, as: Combuto. { כְּבֹד hokidh, יְבִרְבֶּר. κάρη. GALL. Brûler, faire ardre. ITAL. Abbruciare, ardere. GERM. Brennen. Hisp. Quemar. ANGL. To burn, to set on fire. Plin. lib. 17. cap. 1. Ad Neronis principis incendia, quibus cremavit urbem. Idem de viri illustribus, Qui libiti, quia leves quasdam factorum causas continebant, ex autoritate patrum cremati sunt.

*Quadam placitura tremavi.*

Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist. Cremabantur cum prætexta qui cā usi erant. Liv. lib. 34. Igni cremavit, Suet. in Calig. cap. 27. Cremo à crepitu ignis deducit Pass.

Crēmōnā, Cremonā, urbs Gallie Cisalpīnae, non procul à Mantua, quæ etiam hodie nomen retinet. Cujus cives quum contra Augustum cum Antonio senserint, Cæsar vitor veteranis suis eorum agros detinunt: qui quum non sufficerint, accepserunt etiam vicinorum agros, ut Mantuanorum, &c. Virg. Eclog. 9.

*Mantua, u. m. miserā nimium vicina Cremona.*

De hac Strab. lib. 5. sic scribit. Cis Padum verò, circūmque Padum, celeberrimæ sunt civitates, Placentia & Cremona, media in regione propinquissimæ: inter has & Ariminum, sunt Parma, Mutina, Bononia.

Crēmōr, is: (Hermolaus κρημόν dici putat) apud Catonem accipitur pro lacte expresso ex grano aquā macerato. { GALL. Crème de lait, ou jus esbez de quelque grain trempé & pressé, comme orge mondé. ITAL. Sugo spremuto di grano o d' altre cose, come d' orzo. GERM. Das saft / oder marc von gesotten Kernen/ als gersten/ erbs. Hisp. La leche que se saca del grano mojado. ANGL. Creame of milk. Celsus, Cremor prisanae sumendum est. Cato de re rust. cap. 86. Cremor fici. Cels. lib. 6. c. de inflammatione oculorum. Cremor furfurum, idem lib. 6. cap. 10. Reprimens tremor, ibid. cap. 11. Cremor lenticulae, idem lib. 6. cap. 13.

|| Cremutium, holocaustum. Gloss. Isid. quia totum cremabatur.

Crena, κρήνη, est fons, hinc dicitur crena, pars in mucrone calami, aut penæ incisa, unde velut ex fonte, fluit atramentum: sic enim in sagitta dicitur partis extremæ sectio, in quam nervum inserunt arcum tendentes. ||

Crenæ, incisuræ, à quibus Crenata herbarum folia vocantur, hoc est, ferrata, scutaque per ambitum. { γλυφίδες. GALL. Trou, ou fente. ITAL. Tagli, tagliature. GERM. Reib, oder zerreibung. Hisp. Rayas o cortaduras. ANGL. The dent or notch in a lease about the brymes. Hodi quoque multis locis signa, quibus agrestes numerum aliquem in fexulis descriptum habent, Crenæ appellantur. { ANGL. A

tayle or score. } In sagitta quoque partis extremæ sectio in quam nervus inseritur, Crena dicitur. { ANGL. Lo nocke of an arrow. } Sed & in ipso arcu summa cornua crenas suas habent, in quibus collocatur, sedetque nervus. ¶ Crenæ item dicuntur asperitates quadam cesophagi in rubi modum denticulatæ. Plin. lib. 11. cap. 37. Postea arteria & stomachus denticularius callo in modum rubi ad conficiendos cibos, de crescentibus crenis, quidquid appropinquat ventri.

Crenides, κρηνίδες, urbs Siciliæ, quam Philippus postea Philippus nominavit: gentile Crenitæ, Steph. Vide Philippus.

CRÉO, as, are: Producere, gignere. { בְּרַא barā. κτίζειν, δημιουργεῖν. GALL. Créer & donner être à quelque chose, produire, mettre en nature. ITAL. Creare, produrre. GERM. Erschaffen. Hisp. Crear haciendo de nuevo, o engendrar. ANGL. To creat, to give the first being. } Cicero. lib. 5. de finib. Etenim omnium rerum quas & creat natura, & tuerit, &c. Idem Tuscul. Nam principium extictum, nec ipsum ab alio renascetur, nec à se aliud creabit. ¶ Dicimus quoque Creare fraudem alicui, commoditatem, cædes, lites, &c. ¶ Magistratus quoque creari dicuntur. Cæsar 7. bell. Gall. Quum singuli magistratus antiquitus creari, atque regiam potestatem annuam obtinere consuerint. Venter creat eas omnes æstimans. Plaut. Merc. sc. 1. a. 1. Tibi capitalem fraudem hinc creas. Idem Mil. sc. 3. a. 2. Tibi moram dictis creas. Idem Pseud. sc. 3. a. 1.

— Patriaque creatus eadem:

Ovid. 3. Metam. Recurrat ad priorem consulatum ejus in quem creatus est. Velleius.

— Telemons creatus.

Ovid. 12. & 13. Metam.

— Telemons fatus. ibid.

Creata sine matre carmina Palladis exemplo.

Palladis exemplo, de me sine matre creata

Carmina sunt.

Idem Eleg. ult. lib. 3. Trist.

Nec stirps prima fui, genito sum fratre creatus.

Idem Eleg. ult. lib. 4. Trist. ¶ Composita, Procreo, quod pro simplici ponitur. Recreco, pro instauro, reficio, θεταμπάνεια. Plin. Sic enim defecta longis ægitudinibus corpora recreantur.

Crēabilis, κλησικός. Apulcius in Hermetis Asclepio, Mundus materiæ creabilis est, tametsi creata non est.

Crēatōr, effector, genitor, conditor. { בְּרַא bore. δημιουργός, κλησικός. GALL. Creatore. ITAL. Creatore. GERM. Ein schöpfer. Hisp. Creador. ANGL. The creator or first maker. } Cic. pro Cornelio Balb. Quod princeps ille creator hujus urbis Romulus, fædere Sabino docuit. Idem 2. de Divin.

Nobis haec portenta deum dedit ipse creator.

Crēatōnis: Creandi actus. { בְּרַא beriah. κλησις, δημιουργία. GALL. Creation. ITAL. Creatione. GERM. Schöpfung / erschaffung: item, erwecklung. Hisp. Crianza. ANGL. A creating or making. } ut, Creatio magistratum. Cic. 3. de legib. ¶ Ponitur & pro composito, Procreatio, ut: Creatio liberorum, D. lib. 1. tit. 7. l. 15. In adrogationibus cognitio vertitur, num forte minor sexaginta annis sit qui adrogat, quia magis liberorum creationi studere debet.

Crēatris, icis, { בְּרַא berah. δημιουργία. } ut,

— Rerum natura creatrix.

Lueret. lib. 2.

Crēatūra, { בְּרַא berah. κλησις. ANGL. A creature. }

Crēōn, is, κρέων. Nomen Corinthiorum regis, qui Crēōn filiam Japoni despensavit, de quo Sen. in Medea. ¶ Alter fuit Thebanus Cædipi regis Thebanorum sacer, & pater Jocasta. Regi Thebano Creonti regnum stabilivit suum. Plaut. Amph. Imperator Thebanorum, & Creontis unicus (Amphitruo.) Ibidem. Fuerunt & alii hoc nomine.

Crēōnis, κρέων. Mons est Lesbi insulæ, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31. Creontiades, Herculis filius ex Megara, quem pater cum Therimacho fratre ab inferis rediens, & in furorem versus à Junone, quod Lycum interfecisset, interemit.

Creophilus, Κρεόφιλος, Nomen Samii poëtae, qui Homeri hospes & æmulator fuisse fettur, quem aliquando tradunt, suscepito in hospitium Homero, accepisse ab eo donum, inscriptionem poëmatis, quod Occhaliæ captivitatem vocant. Sed Callimachus per Epigramma quoddam contrarium ostendit, quod nunquam Creophilus hoc opus composuerit, Homeri tamen dicatur propter dictum hospitium. Quidam hunc Homeri magistrum tradunt, quidam non hunc, sed Aristeu Proconnesium. Author Strab. lib. 12. Vide Apuleium in Floridis.

Crepax, acis: vide Crepo.

Crēpæ, à principio capræ sunt appellatae, quod cruribus erupent. Fest.

Crēpērūs, a, um: Dubius. { בְּרַא talui. αμφιβόλος. GALL. Douteux. ITAL. Dubio. GERM. Ungewis, groveschaffig. Hisp. Dudoso. ANGL. Doubtsome uncertain. } Unde Creperum bellum, anceps & dubium. Lucr. lib. 5.

Ex aquatâque sunt creperi certamina belli.

Varro lib. 5. de L. L. creperas res dubias, esse scribit, atque inde dictum esse crepusculum, quod diésne sit an noct, dubitetur.

Crēpi, Luperci dicti sunt, à crepitu pellicularum, quem faciunt veterantes. Mos enim erat Romanis, nudos discurrentes in Lupercalibus, & obvias quasque foeminas pellibus ferire. Festus.

CRĒPIDA, Tuscum calceamentum, teste Servio, quod corrugis ligabatur. { κρηπίδης. GALL. Pantoufles, qui n' avoyent anciennement qu'une semelle par dessous, & par dessus des corroyes & brides, comme petits pains. ITAL. Pianella. GERM. Ein pantoffel. Hisp. Alcorque, o chinela. ANGL. A pantoufle or a slipper. } Apud Latinos poëtas corripit primam, quamvis apud Græcos scribatur per vocalem longam. Persius.

Non hic qui in crepidis Graiorum ludere gestit.

Ex quo Persi loco etiam aperte intelligitur, non Tuscum, sed Graium calceamentum esse: id quod & Cornutus Persi interpres scribit in Sat. 1. Dicitur autem à pedum crepitu, qui incedendo, dum

dum subinde solea calcaneum ferit, excitatur. Ad pallium & crepidas se redigit, deposito patrio habitu. Sueton. in Tiber. cap. 13. In crepidis esse. Sueton. in Calig. cap. 52.

Crepidula, diminutivum, *κρηπιδίον*. Gell. lib. 13. cap. 20. Omnia fermè id genus, quibus plantarum calces tantum infimè reguntur, cætera propè nuda, & teretibus habenis juncta sunt, Soleas dixerunt; nonnunquam voce Graeca Crepidulas. Horat. 1. Serm. Chrylippus dicat,

— Sapiens crepidas sibi nunquam,

Aut soleas fecit.

Quidam hoc nomen à crepitu, h. e. à sono, quem ambulando reddunt, dicunt appellatum. Certius tamen est ex Gellii & Persii authoritatibus, dicere vocem esse Græcam.

Crepidarius, ii, qui crepidas conficit. { *κρηπιδωπός*. GALL. Cordonnier qui fait ou vend des pantoufles ou patins. ITAL. Pianellaio. GERM. Pantoffel macher. HISP. Capatero de alcorques. ANGL. He that maketh pantoufles or slippers. } Gell. lib. 13. cap. 20. Ejusque calceamenti sutores, crepidarios dixerunt.

Crepidarius, a, um, quod ad crepidas pertinet: ut, Crepidarius cultellus. Sempronius *A sellio in lib. verum gestarum* 14. Crepidarium, inquit, cultellum rogavit à crepidario sutori Gell. cap. 20. lib. 13.

Crepidatus, a, um: Crepidis induitus. { *κρηπιδώτης*. GALL. Empantoufflé, chaussé de telles pantoufles. ITAL. Che ha le pianelle. GERM. Der pantofflen antret. HISP. El que tiene alcorques. ANGL. That hath or rouar eth pantouffles. } Cic. in Pisonem, Is nocte intempesta crepidatus veste servili navim conscendit,

Crepidio, inis: Significat oram terræ, quam aqua alluit: ex hoc appellata, quod ibi aqua alluens, crepitat quum currit, aut undas appellit. { *κρηπτήν*. ANGL. A creeke. } Coll. lib. 9. Præjacuntur in gyrum moles. Sic enim maris atrocitas objectu crepidinis frangitur, & in tranquillo consistens piscis, sedibus suis non exturbatur. ¶ Per translationem vero & purei extremam oram, quæ ad ipsum puteum respicit, quæ vulgo dicitur, Os purei; & editoris ejusque loci extremitatem solemus Crepidinem appellare, ut apud Hieronymum, In crepidine via. Senec. Quis crederet ja-centem super crepidinem Marium, aut fuisse, aut futurum Consulem? ¶ Unde etiam pro abrupti saxi altitudine ponitur. Virg. lib. 10.

Fortè ratis celsi conjuncta crepidine saxi  
Expositis stabat scalis, & ponte parato.

Vide interpret. Juvenal.

CREPO, as, ui, itum: Sono, percrepo, sonum edo. { *τροπή hamáh, λαχάνη*. GALL. Bruire, craquer, craqueter, peter, faire bruit. ITAL. Far strepito, suonare. GERM. Thönen/rauschen/knellen. HISP. Hazer ruido de lo que se quiebra. ANGL. To mak a noise, to rustle or ringe. } Quid crepuit quasi ferrum modò? Plaut. Aul. sc. 4. a. 1. At at foris crepuit. Ibid. sc. 3. a. 4. Sed interim fores crepuere, linguae moderandum est mihi. Idem Cura. sc. 1. a. 4. Vide Concrepo, ut Mil. sc. 4. a. 2. Concrepabunt manu malæ tibi. Idem More. sc. 5. a. 2. Ostium lenonis crepuit. Ps. Crura mavellem modò. Idem Pseud. sc. 2. a. 1. Dic mihi an unquam tibi intestina crepan? Ubi satur sum, nulla crepitant: quando esurio, crepitant. Idem Mon. sc. 5. a. 5. i. murmurant, & sonant, quod intestinis inanibus accidere solet. Idem in Amph. sc. 2. a. 1. Orationem comprimam, crepuit foris. Athenis etiam fo- res in publicum aperiebantur, qui domo exibat, ne quem cas aperiendo foris prætereantem laederet, eique fores impingere, crepitum cas feriens ante edebat. Sic apud Aristophanem *ψοφάρις θύρων*, de eo qui foras exire vult. Ter. in Adelph. Sed quisnam crepuit foris? Ovidius,

Et crepat ad medios laurus adusta focos.

¶ Per translationem ponitur pro dolere, queri, accusare. Hor. lib. 1. Car.

Quis post vina gravem pauperiem crepat?

Hinc componuntur Concrepo, id est, persono, *Ἄγλαχίν*. Unde Concrepare digitis, est digitis sonum edere. Cic. Offic. 3. Itaque si vir bonus habeat hanc vim, ut si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta nomen ejus irrepere. Increpo, quod est etiam crepitum, vel sonum emitto. Idem deprehendo, sed veluti cum crepitu, id est, verborum pedum strepitu. Tancer, reprendre au- cun asprement. Cic. 4. Acad. Sed tamen illis versibus increpat eos arrogantiā, quasi irati. Percrepo, valde crepo. Cic. 4. Verr. Locum istum litoris percrepare totum mulierum vocibus, cantuque symphonie: & habent pen. cor.

Crepito, as: Crepitum edo, frequenter crepo. { *τροπή hamáh. ψ. φ. ρ.* GALL. Craquer souvent, & faire bruit, peter, bruire souvent. ITAL. Far strepito. GERM. Ein gerusch/oder getöhn machen. HISP. Hazer ruido. ANGL. To mak a rustling or ringing often, or neize, to fart. } Plin. lib. 12. cap. 17. Myrrata reprehenduntur, crepi-tantque in igne.

Crepitulum, ornamentum capitis, quod in capitis motu crepitum facit. Festus. || Tertul. lib. de pall. crepidulum. ||

CRÉPITACULUM: Sistrum, æreum instrumentum, quod manibus percussum reddit sonum, in Iidis sacris solenne, teste Valer. lib. 4. cap. 29. { *כְּכַיִת* héches. *κύποι*, *κυπεῖαι*. GALL. Un sistre, ou autre instrument pour faire bruit, bruit comme une sonnette, clochette, crecerelle, & semblables choses. ITAL. Cembalo, campanello, suonaglio, & cose simili. GERM. Glöcklein/oder andere cerine instrument/ an welche so man schlecht/es ein thon gibt. HISP. Castillejo, juego de niños. ANGL. A seroning or ratling instrument, as a drumme and such like. } Colum. lib. 9. cap. 12. Crepitaculis æreis, aut testum plerumque vulgo jacentium sonitu terrestris fugiens juventus. Quint. lib. 9. cap. 4. Et sonum edant puerilium crepitaculorum. Mart. epig. 54. lib. 14.

Si quis plorator collo tibi vernula pendet,

Hac quatiat tenera garrula sisira manu.

Crepitacillum, diminutivum à crepitaculo. *κρηπιδίον*. Lucret. lib. 5. Nec crepitacillis opus est. Alias legitur, crepitacula eis.

Crépax, acis, à Crepando; sicut ab edendo, Edax. Unde Crepacem

malam, quodam in carmine dixit Meccenas, referente Sen. epist. 11. 5. Crèpitus, us: Sonitus est, qui ex concussione & impulsu resultat. { *ΙΝΘησθάνεται οντιτηρία hamith. ψόφη, ρεγρέβην, βεργμός*. GALL. Son violenc & soudain de quelque chose que ce soit. ITAL. Strepito. GERM. Ein knall/thon/frach. HISP. Sonido o ruido de lo que se quiebra. ANGL. A hastie and sudane sorone any thing. } ¶ Unde pedentis sonum, Crepitum ventris dicimus, quem Stoici æquè liberum esse debere, atque tuclum affirmabant. Plaut. in Cure. sc. 3. a. 2. Ubi quid surripere, opero capitulo calidam bibunt: tristes atque ebriosi incedunt. Eos ego si offendero, ex unoquoque eorum ejiciam (aliás excutiam) crepitum polentiam. Streptitus, crepitus, sonitus (de flumine.) Plaut. Amph. sc. 1. a. 5. Sonitus prohibe forium, & crepitum cardinum. Idem Cure. sc. 3. a. 1. Sonitum & crepitum claustrorum audio. Ibid. Crepitum digitorum poscere matellam. Mart. epist. 11. lib. 14. Et Crepitus plagarum dixit Cicer. in Verr. 7. Crepitus dentium, idem 4. Tusc. Crepitus armorum. Plin. lib. 2. cap. 57. Crepitus forium, Plaut. in Cure. Crepitus frænorum, Varro lib. 2. cap. 7. Crepitus gladiorum, Hir. lib. 6. Crepitus imbrum, Plin. lib. 12. cap. 1. Crepitus pedum, Cic. in Top. ¶ Nec crepitum quidem digiti dignus, *κρηπτής* ψόφη δικτη. De deridiculo, nulliusque pretii homine. Athenæus lib. 12. de Sardanapali epitaphio. Et is gestus & proverbium in hodiernum usque diem manet apud nostros, quum aiunt: Ne hujus quidem facio. ¶ Crepitum probabis *παλαζῆν δεκημένος*. De iis qui ridiculè explorant alterius in se se animum. Suidas.

Crepila Prolemæo, Liburnia urbs, Crexa dicta Plinio.

Crèpündia, orom. { *μοία νῦν ἀβύσσῳ παραδίκη*. GALL. Toutes petites choses de quoys les enfans se joient, comme poupees, aneaux, chainettes, & telles enfantises. ITAL. Ornamenti da bambini. GERM. Allerley ding so man den kindern gibt zu geschwoegen/als docken / kläde pfien/schällen/ &c. HISP. Los diges, o juguetes, o panales de los niños. ANGL. A laykin babie, trifles gevin to children. } Dicuntur prima munuscula, quæ dantur pueris: ut sunt fasciolar, linteoli, vescas, bullæ, coralia, ensifuli, crepitacula, & puerilia ornamenta hujusmodi, quibus pueri delectantur: à crepando, i. tinniendo dicta: quoniam infantes crepitaculis maximè gaudent. Plaut. in Rud. Sun crepundia. ¶ Ecca. Video qua facie sunt. Ensifulus est aureolus, primum literatus. Post altrius secus est securicula anceps, item aurea, litteratus. Post sicula argenteola & duæ connexæ maniculæ: Et sucula, & bullæ aurea est, pater quam dedit mihi natali die. Plin. lib. 11. Semestris loquutus est Croeli filius in crepundiis, quo prodigio totum id concidit regnum.

|| Crepus Lupercus, à crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. Fest. ||

Crèpuscūlum. Lux dubia, quæ sit ante Solis ortum & ante occasum. { *ἡψης nescheph. δέλη, ἡμιφιλην*. GALL. Crepuscule, le temps quand le jour faut, entre chien & loup, jour faillant. Itcm, le point du jour, quand la nuit faut. ITAL. Luce dubia, quando si fa sera, o vero giorno. GERM. Die zeit woann tag vnd nacht scheydt/besonders am abent. HISP. Entre lubrican d entre dos luzes. ANGL. The evening, or un-certaine light before the fone rise or go dorone, the wright. } à Crepero, h. e. dubio: quia tunc multis dubium est, dies sit jam, an nox. Plin. Oriente sole, aut Occidente, matutini vespertinive cognominati, prout alterutri eorum manè, vel crepusculo contigit. Col. lib. 7. Juxta conceptum saxis & canalibus sal superjectus, ad quem saturæ pabulo libenter recurrent, cum pastorali signo quasi receptui canitur: nam id quoqué semper crepusculo fieri debet. Lucan.

Longare represco nituere crepuscula Phæbo.

Et Ovid. 5. Fast.

Inde domum redeunt sub prima crepuscula (noctis) mæsi. Crèpuscūla, apud Sabinos nominati, qui eo tempore erant nati. Et si donius horam vespertinam, Crepusculas centem dixit.

Cres,

— Phæbo gratissima dona

Cres tulit.

Tib. lib. 4. Vide Creta.

Crescens, *κρέσκων*. Philosophus Cynicus Justino martyri insensus, ut pluribus testatur Tatianus in bello contra gentes.

CRÉSCO, is, evi, etum: Augor. { *לְרֹא גָדְהָל, וְרַבָּה, וְקָרְבָּה, וְעַמְּגָדָל, וְעַמְּגָדָל, וְעַמְּגָדָל*. GALL. Croistro, s' augmenter. ITAL. Crescere, aumentare. GERM. Wachsen/oder zunemmen. HISP. Crecer. ANGL. To grove or encrease. } Juvenal.

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Cicer. 2. de Divin. Ostreisque & conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter crescant, pariterque decrescant. Idem pro lego Manil. Quum socii pertinuerint hostium opes, animique crevissent.

Et qui Casareo juvenes sub nomine crescent.

Ovid. Eleg. 2. lib. 4. Trist.

Vel quod adhuc crescens & rude carmen erat,

Idem Eleg. 6. lib. 1. Trist. Crevisti sub noverca. Senec. cap. 2. de consol. ad Helv. Crescere alicuius criminibus, ex Livio lib. 5. d. 4. In domo alicuius crevisse, pro Nutritum ab infantia fuisse. Suet. in Othone, cap. 1. Per gratiam Liviae Augustæ, in cuius domo creverat, Senator est factus. Hujus composita sunt Accresco, adaugeor. *ἰν-φύουγε*. Conresco, simul cresco, & conjugor, *συμπιπτεῖν*. Unde concretum, conglutinatum. *συμπιπτεῖν*. Directesco, diminuor. Exresco & Inresco, valde cresco: unde Incrementum. Recresco, rursus cresco, *αὐτοφύουγε*. Succresco, inferius, vel paulatim cresco. Superresco: quæ vide suis locis.

Crémémentum, pro augmento, *ավելուս*.

Crescentia, æ, incrementum, *ավելութեա*: ut, Dierum crescentia: cui dierum correption & brevitas opponitur. Vitruv. lib. 9. cap. 9. Quarum brevitates, aut crescentias cuneorum adjectus, aut exemptus in singularis diebus & mensibus perficere cogit. Rursus, sin autem cuneorum adiectiōibus & detractionibus correptiones dierum, aut crescentia non probabantur.

Dd 5

Crēcio,

Cretio, pro aditione hereditatis: vide in Cerno.

Crescis, Nymphæ marinæ, non à fontibus dictæ: *κρέλιν* enim fons dicitur. Perottus.

Cressum, *κρέσιον*, urbs Cypri. Steph.

Cressa, *κρέσσα*, oppidum Paphlagoniaæ est, teste Stephano, post excidium Troianum à Merione conditum. ¶ Est & portus Cariæ, Rhodo insulæ oppositus. Plin. lib. 5. cap. 28. ¶ Cressa etiam dicitur mulier ex Creta insula. Vide in dictione *Creta*.

Cressæ, Herod. lib. 7. regio Pallenæ vicina, ac Thermæo sinui contermina.

Creston, *Κρήστων*, oppidum, de quo Herod. lib. 1. Qua lingua Pelagi sunt usi, affirmare non possum, sed conjecturâ signorum, licet dicere eadem qua nunc Pelasgi utuntur, qui supra Tyrrenhos urbem Crestonem incolunt, quodam tempore finitimi eorum, qui nunc Dores vocantur. ¶ Est & nomen regis Bithyniæ, cuius meminit Justinus lib. 38.

Cretæ, & Crete, es, æ. { *κρήτη*. } Insula in medio Ponto, centrum urbium famâ clara, quæ (ut scribit Strabo) à Septentrione Ægæo alluit simul & Cretico pelago: ab Austro Libyco: ad Occidentem Ægyptiam & Cytheram spectat: ad Orientem Carpathon. Habet in longitudine ducenta millia septuaginta passuum, in latitudine quinquaginta millia. Circuitus ejus quingenta octogintanovem millia passuum complectitur. Hodie Candiam vocant. Insignes in ea urbæ sunt, Cortyna, Cydon, Gnosius Minois regia, & Strabonis Cosmographi patria. Nullum in Creta animal noxiū est, optimè vini fertilissima est, de qua Virg. 3. *Aeneid*.

*Creta Iovis magni medio jacet insula ponto,*

*Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostra,*

*Centum urbes habitant magnas uberrima regna.*

Primum dicta est Cureta, ab habitantibus Curetibus, & per syncopem Creta. Alii dicunt Cretam dictam à Crete quodam Jovis filio Curetum rege. Alii à Crete nymphæ Hesperidis filia. Arrianus non à Crete nominativo, sed à Cres, Cretis genitivum faciente, nominatam dicit: sic enim vocatum ait cum, qui Jovem abscondit in monte Lycae. ¶ Est & Creta oppidum Scythiaæ, Valer. Flac. lib. 1.

— *quoties paucos ad littoris iectus*

*Deficiam: Scythicum metuens Pontumque, Cretamque.*

Cretides nymphæ, Ovid. 3. Fast. Qui vestitu & Creta occultant & sedent, quasi frugi sient.

Cretes vocantur ejus insulæ populi, & mulieres Cressæ, *κρέσσαι*.

Cressæ, & Cressus, adjectivum, *κρέσσιον*. Sunt autem hæc nomina quæ ex masculino ſeminiñum ad ſimilem formam mittunt: ſciliſſer, Cres Cressa, Libys Libyſſa, Phœnix Phœniſſa, Thetax Threifſa. Tibullus,

— *etiam Phœbo gratissima dona*

*Cres tulit.*

Aufonius,

*Præpetibus pennis super aëra vetus homo Cres.*

A Crete verò fiunt Creticus, *κρετικός*, & Cretensis.

Cretæus, a, um, quod ex Creta insula est. *κρεταῖος*. Ovid.

*Strataque Cretam bellua stravit humum.*

Cretensis, *κρητης*. Nomen gentile à Creta insula deductum. Unde proverbium, Cretizate cum Cretensi, *κρητεῖτε κρητῖτε*, i. adversus mendaces mendaciis uti. ¶ Cretensis Cretensem, *κρητης τὸν κρητην*, subaudiendum, agit. Quadrat in pariter improbos, qui mutuis inter se fallaciis agunt. Cie. 3. de nat. deor. Tertius Jupiter Cretensis Saturni filius.

Creticæus, a, um, adject. formatum à Creta insula, *κρητικός*: ut, Creticum mare. Horat. 1. Car. Ode 26. Plaut. Amph. sc. 4. a. 4. Per freta Ioniæ, Ægeum, & Creticum.

**CRETÀ**, terza tenax. *κρετική γῆ*. GALL. Creye ou croye, terra blanche de quoy on se fert pour marquer. ITAL. Creta, terra tenace. GERM. Kreiden. HISP. La greda à barro blanco. ANGL. Chalke. ¶ vel à Creta insula, in qua optima provenit: vel à crescendo, quoniam proprietas ejus est, ut macerando crescat, quod in primis creta Umbriæ accidit, quam vocant saxum: quæ non nisi poliendis vestibus adhibebatur, iisque dumtaxat candidis. Erant & Cimoliæ cretae duo genera, candidum unum, & alterum ad purpurissum inclinans, utrumque vestibus aptum. Hac medici adversum morbos utuntur. Laudatur & Creta Tessalica. Item quæ argentaria appellatur, nitorem argenteum reddens. Utilissima erat creta, qua pedes venalium trans macte advectorum notare mos erat. Creta Asiatica. Cic. pro Flac. Hæc quæ est à nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, quæ est ferè omnibus nota nobis. Tenax creta. Virg. 1. Georg. ¶ Creta notare, pro approbare. sicut carbone notare, pro damnare, proverbiali figura legimus. Pers. Sat. 5. ¶ Creta, pro calce, i. curriculi fine, qui ita vocatus, quod creta, aut calce notaretur: quod intellexit Lucretius, cum dixit prescripta candida, indicans præscriptum velutque cretam finem. Seneca in epist. Deinde transit ad ea, quæ consuetudo ſæculi mutavit, tanquam quod ait Cicero: Quoniam sumus ab ipsa calce ejus interpellatione revocati: hanc, quam nunc in circu cretam vocamus, antiqui calcem dicebant.

Cretula, dim. Cicer. 6. Verr. Quum Valentino ejus interpreti epistola Agrigenti allata esset, casu signum iste animadvertisit in cretula.

Cretacæus, a, um. { *οὐ καὶ κρετικός γῆ*. } GALL. Qui est de croye. ITAL. Di creta. GERM. Von kreiden gemacht. HISP. Cosa de materia de greda. ANGL. Of chalke. ¶ ut, Cretacea filigo, quæ crevit in loco cretoſo. Plin. lib. 18. cap. 9. Rufior illa, at Pilana candidior, pondoſior verò cretacea.

Cretatæus, a, um, quod est creta inspersum. { *οὐ τὴν κρετικήν γεωθεῖς*. } GALL. Blanchi ou marqué de croye. ITAL. Cretato, incretato. GERM. Mit kreiden geweist. HISP. Cosa untada con greda. ANGL.

Made white or marked with chalk. } Lucil.

Cretatūmque bovem duci ad Capitolia magna.

Unde Cretati pedes dicebantur, qui creta erant dealbati, quales solebant esse servorum pedes, qui trans mare venales advehabantur. Unde Plinius intet prodigia insolentis fortunæ commemorat, liberos aliquot Prætoris ornamenti decoratos rediisse eō, unde cretatis pedibus advenissent. Ad hoc alludit Juven. quum ait,

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

Cretafodinæ, æ, locus ubi creta eruitur. { ANOL. A chalke pitte. } D. lib. 7. tit. 1. l. 9. Sed si lapidicinas habeat, & lapidem cædere velit, vel cretæfodinas habeat, &c. Alibi Cretifodina.

Creteræ, vas vini, à cratere. Fest. Nonius habet: Crateræ, vasa vini, Virg. *Aeneid*. lib. 1.

Crateras lati statuunt, & vina coronant.

¶ Item cratera est, quam nunc ſitulam vocamus. Junius in nomenclat. Creteræ veriore lectionem esse dicit. Sed utrumque rectum est: cratera, quia Græci dicunt *κρατήρες* communiter, & *κρέτης* Ionice.

Cretōsūs, a, um, quod est creta plenum. { *εἰς τὸν κρητικὸν γῆν μετόπε*. } GALL. Abundant en croye. ITAL. pieno di creta. GERM. Kreidechtig/voll freiden. HISP. Lleno de greda. ANGL. Full of chalk, chalke. ¶ Plin. lib. 15. cap. 18. Cato de fisis ita memorat, Ficos mariscas in loco cretoſo, aut aperto ſcriito. Ovid. 7. Metam. Cretosa rura, & ager cretoſus.

Cretenia, *κρητίων*, locus Rhodi, ubi Althemenes habitabat, qui quum ex oraculo patrem ſe occifurum accepiffet, dum fugit, ne hoc perpetret, noctu in navigium incidit, in quo piratas effeſtati, patrem occidit. Supra Creteniam Arabii montes ſunt. Steph.

Crētheūs, dissyllabum, in genitivo Cretheos, *κρητεῖος*. Aeoli filius fuit, qui ex Tyro Salmoni fratris filia Aeſonem genuit, Alcimedonem, & Amythaonem.

Cretheius, denom. ut, Virgo Cretheia, apud Flac. lib. 1. dicitur, Helle Cretheii neptis.

Cretinos, batis Plin. ( cui duplex batis, marina, & hortensis, lib. 21. cap. 15. ) Herba est cujus folia ſunt angustiora, quam portulacæ, sed crassiora.

Crethon, nis, filius fuit Dioclis, qui cum fratre Orſilocho ad bellum Trojanum Græcis auxilium latus profectus est: ſed quum hi duo nimium ſuis viribus conſiderent, cum Aenea congredi non dubitaverunt, à quo etiam ambo ſunt interficti. Quin & eorum cadavera vix à Menelao & Antilocho ex hostium manibus subtrahiri potuerunt.

Creticus, substantivum, *κρητικός*. Genus pedis est, qui conſtat prima & tertia longis, & media brevi, ut Sanitas. Alio nomine Amphimactus.

Crevi, præteritum: Modò significat, Hæreditatem adii: modò, Major ætate, vel censu ſum: modò, Judicavi: modò, Dividi. Quæ omnia à duobus verbis, Cresco, & Cerno, veniunt. Fest. Vide Cresco, & Cerno.

Creūsa, *κρευσα*. Creontis Corinthiorum regis filia fuit, quam Jafon, repudiata Medea, uxorem accepit: quamobrem Medea indignata, carminibus ſuis ignem inextinguibilem ſcriuilo inclusum per filios ſuos Creusa munetis loco misit: filios verò præmonuit, ut ſtim oblate munere diſcederent. Creusa igitur videndi cupida, nihilque mali ſuspiciens, ſcriuilo aperuit, & continuo evolavit ignis, Creuſamque & totam Creontis regiam exuſſit. Ovid. lib. 1. de Arte,

Cui non defleſta est Ephyrae nata Creuſa.

¶ Alia fuit Priami & Hecubæ filia, Aenea conjunx, cui Aſeanum filium peperit. Hanc in excidio Ilii, ab Aenea, qui fugiens, patrem humeris gestabat, filiumque manu ducebat, perditam fuſſe in itinere, dum vias notas excessiſſet, tradit Maro lib. 2. *Aeneid*. Sed nonnulli eam ab ipſo Aenea ex pactione cum Græcis facta occiſam volunt, ne quis ex ſemine Priami ſuperereſſet. Verum his refragatur fabula de Heleno & Cassandra, liberis Priami, quos Græci captivos abduxerunt.

Creūſis, *κρευſις*, oppidum est in confinio Bœotiaæ, Locrorum & Aetororum, ut annotavit Vadianus in Pomp. lib. 2.

Cribrum, incerniculum, instrumentum ex pellibus ſuillis, ut pluriſſimum, creibris pertulsum foraminibus, ad frumenta purganda.

{ *כְּבָרָהַתְּנִיָּה, תְּנִפְחָהַתְּנִיָּה*, *κρέμα* naphah. *κρέμα*, *κρέμα*. } GALL. Crible. ITAL. Cibro, vaglio. HISP. El cribo farando o cedazo. ANGL. A sieve, a ſeſce. } Cicer. de Divinatione. Quasi verò quidquam interſit, mures diem ac noctem aliquid rodentes, ſcuta an cribra corroferint. Ovid. 12. Metam.

— vive liquor rari ſub pondere cribri.

¶ Cribro aquam haurire, vel gerere, *κρετίρη* id est, *κρετίρη*, *κρετίρη*. Proverbium in eos qui operam perdunt. Plaut. Pſeuſ. ſc. 1. a. 1. Non pluris refert, quam ſi imbre in cribrum geras. Idem Moſ. ſc. 1. a. 1. O catnificinum cribrum. ¶ Cribro crebrius, ſc̄itē dictum eſt, nec ſine proverbi ſchemate, pro eo quod etat plurimis locis, ac paſſim. ¶ Ad cribrum dicta, *τὰ τὴν κρετίρην*. Quæ vera compertaque vellent, ad hunc appellabunt modum. Sumptum à divinationis genere, quod ſuſpenſo circumætōque cribro peragebatur. Unde natum aliud adagium, Cribro divinare: *κρετίρη μηδεὶς οἶδε*, hoc eſt, conjectura ſagaci rem deprehendere, aut ſtoltè de rebus occultis divinare. Lucian. in Pſeuſ. domante, *κρετίρη τὸ τὸ λόγιον μηδεὶς οἶδε*: id eſt, cribro, quod aiunt, divinans. ¶ Sunt & cribra, quæ e ſetis equorum, farinæ & furfuribus ſeparanda gratiā, facta ſunt, quæ Farinaria, Setacea, & Subcernicula dicuntur. Sunt & Excuforia à lino, & Pollinaria à polline, quæ à nonnullis ab incernendo, incernicula dicta ſunt.

Cribro, as. Purgo. { *κρέμα heniph. σφράγια*. } GALL. Cribler. ITAL. Cribellare, vagliare. GERM. Reutern/ſeuberent. HISP. Acrivar, garandar o cerner. ANGL. To ſift or ſeſce. } Cribramus enim triticum & hujusmodi, ut à pulvere, & rebus inamundis ſecernatur. Col. lib. 12. cap. 23. Nam omni lentore miſſo, facilius in pulverem ſoluitut

solvitur, atque cibatur. Plin. lib. 25. cap. 5. Piæterea mirum inventum est, quod incisum forniculis, ut diximus, cibrant, cortex remanet. Cribello, as. Pallad. in Ianuario, tit. 41. Sebum liquefactum cribellato cincti admistum. Cibratius, a, um: quod ad cibra pertinet. ηγονικός: Plin. lib. 18. Item cibratia, quæ simili modo in tertio remansit cibro. Cricellia, κρικελλα, sunt anelli, orbiculi, circuli. Mauricius, & Leo Imp.

¶ Cricello, cricellus, circulus patvus. L. gr. b. ¶

Ovid. 6. Fast. & Eleg. 1. lib. 2. Trist. Ex nimia cupidine studiorum; Senec. cap. 9. de tranquil. Animus tuus non est fixus clavo cupidinis. Plaut. Asin. sc. 3. a. 2. Quo Venus Cupidoque imperant, suadetque Amor. Idem Curt. sc. 1. a. 1. Amor & Cupido in eor meum perpluit. Idem Most. sc. 3. a. 1.

Cupiditās, atis: Aviditas, libido, desiderium, studium, amor. { τὸν avvāh, τὸν maavaiéh. īnphus. GALL. Convoyise, appetit, desir. ITA. Cupidità, cupidiggiæ. GERM. Begülichkeit. HISp. Codicia. ANG. Great desire, greedie, lust, covetousness. } Cic. 3. Acad. Senec. de benef. lib. 2. cap. 27. Cupiditas se porrigit, & felicitatem suam non intelligit: quia non unde venerit respicit; sed quod tendat. Cic. in Parad. Neque enim unquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis. Græca & temeraria dominatrix animi cupiditas. Idem 1. de Invent. Cupiditas cibi, i. appetitio cibi. Cell. lib. 7. cap. 3. Cupiditate cibi redditia. ¶ Cupiditas pro turpi amore. Suet. in Calig. cap. 24. Reliquas sorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit. Dicit Caligulam cum omnibus sororibus suis consuetudinem stupri fecisse, impatiens tamen Drusillam amasse, quam reliquas.

Cūpido, inis, mascul. gener. { ἔρως. GERM. Der Gott der liebe / öder hold schafft / ein son Matis vnd Veneris. } Amoris deus, quem Hesiodus natum vult ex Chao & Terra: Simonides & Ciceto, ex Maite & Venere: Alceus, ex nocte & Aethere: Alceus, ex lite seu Contentione, & Zephyro: Sapho, ex Venere & Cœlo: Seneca, ex Venero & Vulcano. ¶ Duplex autem est, Ovid. dicente,



Quod non significaret, si à curia componeretur; nam esset locus à curia diversus: quoniam Curia locus erat, ubi curas publicas gerebant, & ubi cura factorum publica. Nec adjectionem literæ i, in Curiosus, incuriosus, & incuria, nisi euphonias causa factam puto, quod non rectè sonet *eurosus & incurosus & incuria*. Curia verò accepisse i, arbitror, ut altam à cura significationem caperer, & nihilominus privati naturam semper oleret. ¶ Aliquando incuriosus captus pro pingui, quod illi potissimum qui omni prorsus cura sunt liberi, pinguestant. Unde Apuleius in *Florid.* agnum cœgiti obesum vocat incuriosum. Alciat. in *rub. C. de curios. & station. lib. 12.* Curiosi erant, qui passim delicta in re militari commissa nuntiabant. Scotus ad *Theodosium* scribit in officio magistri officiorum esse curiosum unum cursus publici, quales sunt magistri cursorum. GALL. Maistre des Postes. GERM. Postmeyster / vocabulo majoribus nostris ignoto appellati. Nam hi nobis primum sub Cæsare Maximiliano innotuerunt. Memoria namque patrum neglectam ejusmodi cursorum, quos & nos voce Gallica *Postes* vocamus, consuetudinem, Vicecomitum Mediolanensis Ducum familia renovavit. ¶ Curiosus, pro magistratu, vide in Lexico Constantini, in voce *curiosus*.

Cūrīōsītās, nimia cura, nimia diligentia. { תְּרִירָה charadhbah. מַדְבֵּשׁ גָּדוֹלָה. GALL. Curiosité, soin. ITAL. Curiosità, diligenza. GERM. Sorgfältigkeit/geschäftigkeit. HISP. Curiosidad y diligencia. ANGL. Curiosity, piked diligence. } Cic. ad Attic. lib. 2. Sum in curiositate, ὅτεν: sed tamen facile patior te id ad me, &c.

Cūrīōsē, adverb. Diligenter, { צְרִיאָה. GALL. Curieusement, soigneusement. ITAL. Diligentemente, curiosamente. GERM. Sorgfältlich/geschäftiglich. HISP. Curiosa y diligentemente. ANGL. Curiousie, with great panes and travell. } Cic. ad Attic. lib. 9. Quum de eo curiosè quæsisset servus noster Dionysius. Quint. lib. 8. cap. 11. Quos curiosè potius loqui dixeris, quam Latinè. ¶ Ab Incuria, incuriosus, & incuriosè. Plin. Rebellat sæpe honot incuriosè datus. Famam expectat obambulans. So. Curiosè quidem, fores enim clausit. Plaut. Amph.

CŪRIĀ, Sedes ac templum publici consilii. { כְּרִירָה hedhbah. כְּרִירָה, אֲכְלָה. GALL. La cour, le lieu député à traiter des affaires publiques, ou à rendre la justice. ITAL. Corte, curia, luogo da consultare de cose pubbliche. GERM. Ein rathhaus/ oder richthaus/ ein ort da man sich über vilerley lachen sorgens oder bedenkens annümp. HISP. Corte, lugar donde está el consejo. ANGL. A counsele place, à where maters ar pleaded for. } Curia, inquit Fest. Locus est ubi publicas curas geregant. Cic. de senect. Non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes, non hospites.

*Ante tuas etiam curia prisca fores.*

Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist. & 13. Metam. & 3. Fast. ¶ Curia etiam nominantur populi partes, quales fuerunt ex, in quas Romulus populum distribuit, numero triginta: quas quoniam tunc Reip. curam per eorum partium sententiam expediebat, Curias appellavit. Plaut. Aul. sc. 2. a. 1. Nam noster nostræ qui est magister curiae, dividere nummos sese dixit. His postea additæ alia quinque fuere, ita ut omnino triginta sex essent. ¶ Curia Calabra, à calando, hoc est, vocando dicta est, quod calata, hoc est, vocata in eam plebe, Pontifices pronuntiante solebant, quod dies à Calendis ad Nonas superesset. ¶ Curia Hostilia: quam primum ædificavit Hostilius rex Romanorum. ¶ Cic. pro Milone Curiam vocat Templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, caput urbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab universo populo concessam uni ordini.

Cūrlālēs, dicuntur, qui sunt ejusdem curiae, sicut Tribules ejusdem tribus. { Φύλαρχοι, πρόσταξις. GALL. Qui est d'une même Decurie, estat, jurisdiction, sujet aux mesmes charges municipales. ITAL. Della istessa curia. GERM. Räthsfreunb/ die von einem gericht oder räht sind. HISP. Cosa de misma corte. ANGL. Of the same tribe or ward. } Curiales flamines, curiarum sacerdotes. Curiales mensæ, in quibus immolabatur Junoni, quæ Curis est appellata. Plaut. in Aul. Nam neque quisquam curialium venit, neque magister, quem dividere argentum oportuit. Cic. 2. Offic. Theophr. itus quidem Cimonem Athenis etiam in suis curiales Latiadas hospitalē fuisse. ¶ Curialis idem aliquando quod Decurio, id est, qui in colonia, vel municipio tanquam Senator est. L. 12. C. de Episc. & cler. ubi qui Curialis primum, paulo post Decurio appellatur.

Cūrlātūs, a, um, adject. Φύλαρχος, ὁ τοῦ Φύλαρχος: ut, Curiata lex, à curiatis comitiis dicta. Cic. ad Attic. Qui se affuisse dicerent, quom lex curiata ferretur. Et curiata comitia, conventus qui curiatim per licetorem cogebantur. Gell. lib. 5. cap. 17. Curiata comitia erant, quæ curiatim per licetorem calabantur, id est, convocabantur: quorum erant Pontifices arbitrii, teste Cicerone pro domo sua. Idem pro lege Agraria, Nunc quia prima comitia teneris centuriata & tributa, centuriata auspiciorum causâ remanserunt. Suet. in Aug. cap. 65. Curiata lege adoptate. De his vide plura in dictione *Comitia*.

Cūrlātūm, ὁ Φύλαρχος Homero. Gell. lib. 5. cap. 27. Comitia curiata per licetorem curiatim calari, id est, convocari. Alii legunt, *Curiatum*.

Cūrlōnis: Sacerdos curiae. { Φύλαρχος. GALL. Le maître d'une curie, leur sacrificeur. ITAL. Curione, prete. GERM. Der oberst auff einem rathaus/ wie ein zunftmeister auff einer zunft. HISP. Cura. ANGL. A curat, he that hath the spirituel charge of a roarde or parische. } in curiis enim sacerdotes ita res divinas curabant, sicut Senatus res humanas in curia Hostilia curare solebat, ut scribit Varro. ¶ Non ineptè fortassis etiam nostros hos sacerdotes, quos vulgas *Curatos* vocat, Curiones dixerimus, & Curionatum, quam *Curam* barbare appellamus. GALL. Benefice ayant charge d'ames. ¶ Curio maximus, δέματος, dicebatur cuius autoritate curia, omnésque curiones regebantur. ¶ Curiones quoque dicti sunt praecones. Jul. Capitolini, Ille per curionem dici jussit, imposturam fecit, & passus est. Euseb. lib. 4. Ecclesi. hist. Misso curione ad populum jubet voce maxima præstari Polycarpum, tertio confessum se esse Christianum. Plautus verò in Aul. Agnum curionem appellat *macilentum*, tanquam ob-

curam maceratum confectumque: unde à contrario Apulius in *Florid.* agnum optimum & pingue dicere volens, appellavit lucratiolum. Item Curiones dicti sunt quidam Romani cives.

Cūrlōnātūs, us. Curionis dignitas.

Cūrlōnātū, sacra quæ à Curionibus in curiis fiebant.

Cūrlōnātū, dicebatur æs, quod dabatur Curioni ob sacerdotium Curionatus. Fest.

¶ Curium, V. olim E. Latini ritus, in Cypro insula, sub. Veneris. ]

Cvro, as, are. Operam dare in re aliqua, elaborate, rei alicui studere, incumbere, diligentiam cui amque adhibere. { יְפֻלָּה schakádh, 387 daagh, טְרִינָה charádh. מְסֻדָּה. GALL. Soigner, avoir cure & soin.

ITAL. Haver cura, per cura, affaticarsi. GERM. Sorgen, flehsen, anfehren. HISP. Tener cuidado. ANGL. To give diligence, to travell and be about to do any thing. } In qua significatione ponitur interdum absolute. Terent. in *Andria*, Petterefacias Davum, observes filium quid agat, quid cum illo consilii capter. Sos. Sat est: curabo. Idem, Hanc fidem sibi me obsecravit, qui se scire non desertur, ut datem. DA. Curabitur. Et hoc aliquando cum Ut. Cic. fam. 16. Cura igitur nihil aliud, nisi ut tu valeas. Res rationesque heri curo. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1. Et istud & aliud, si quid curari voler, me curaturum dico. Idem Men. sc. 1. a. 3. Curate, ut splendor meo sit clypeo clarior. Ibid. sc. 1. a. 1. Id intus para: cura (de cena.) Ibid. sc. 3. a. 2. Venus cœlestis paucis hominibus curat. Apul. Apolog. 1. Hæc me curaturum dico quæ mandata sunt. Plaut. Men. sc. 3. a. 3. Curare rem communem, quod facis. Idem Amph. sc. 3. a. 1. Qui tuam rem hic curer, & munus fungatur tuum (id est, adulter tuus.) Ibidem. Jube vasura pura adornari. AL. Ego istæ curabo. Item, Hæc curata sint, facitis. Ibidem, Qui ea curabit, abstinebit censure bubula (id est, heri imperia exequetur.) Idem Aul. sc. 1. a. 4. Satis verborum est, cura quæ jussi, atque abi. Idem Capt. sc. 2. a. 1. Si quid curatum ve- lis, ei mandes, perfectum redder. Idem Asin. sc. 1. a. 1. Rem meam non cures, non ego cura tuam. Idem Capt. sc. 4. a. 3. Facilen' tu dormis curans (id est, cum te cura urget?) Idem Men. sc. 5. a. ... ¶ Curare absolútè. Ibidem, Curate, ego intervism domum. Idem Aul. sc. 3. a. 2. ¶ Aliquando cum Ne. Cic. fam. 1. Unum illud te præcipue rogo, ut cures ne quid mihi ad hoc negotii, aut oneris accedat, aut temporis. ¶ Interdum cum accusativo. Idem Attic. 8. Tu fasciculum, qui est M. Curioni descriptus, velim cures ad eum perferendum. Et famil. 7. Mandatum tuum curabo diligenter: sed homo acutus ei mandasti potissimum, cui expediet illud vñire quamplurimi. Idem Attic. 1. Signa, quæ curasti, ea sunt ad Cajetam exposita. Sic curare pecuniam, significat pecuniam, significat pecuniam ad disolvendum conficere, & comparare, מְסֻדָּה. Idem L. Cincio H-s decc. pro signis Megaricis, ut tu ad me scriberas, curavi. ¶ Et curare sc, vel curare corpus, pro reficere, φιλοτεμησεῖν. Plaut. Pseud. sc. 7. a. 4. Qui se suamque atatem benè curant, edunt, bibunt, scoranteur, illi sunt alio ingenio atque tu, qui neque tibi esse patere, & illis, quibus est, invides. Cic. fam. 16. Cura igitur te, & confirma. Virg.

*Corpora curamus; fessos sopor irrigat artus.*

Magna cum cura ego illum curari volo. Plaut. Men. sc. 3. a. 3. Me volo curare (mox, prandere & dormire.) Idem Pseud. sc. 2. a. 2. Curato ægrotos domi. Idem Capt. sc. 1. a. 1. (i. tracta, trahi, pense, aye song des malades. Ubi tu me hic habueris, perinde illum illuc curavetis (i. tractabis.) Ibid. sc. 2. a. 2. ¶ Item Curare boves, i. pas- cere. Idem Moſ. sc. 1. a. 1. An non sunt ruri quos cures boves? Et Gell. cap. 4. lib. 15. Ventidium curandis mulis victimum invenire. Item me curato, ne sitiam. Plaut. Cura. sc. 2. a. 1. Curari mollius. Senec. cap. 9. de tranq. ¶ Significat quoque hoc verbum mederi, curationem adhibere. { Καρπάθη, γέργαστρα. ANGL. To cure, to mak whole. } Cic. de senect. Adolescentes gravius ægrotant & citius curantur. Idem in Pif. Et quum isto foetido teterimam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti valetudinis, quod dices violentis te quibusdam medicaminibus solere curari. In passiva significatio- ne sic usus est idem Tusc. 3. An quum corpora curari possint, animalium nulla medicina sit. Et cum ablative, addita præpositione Ab. Idem pro Client. Mulier exclamat se ab eo nullo modo curari velle, quo curante, omnes suos perdidisset. Cic. Acad. lib. 2. Quis enim potest, quum existimet à Deo se curari, non & dies & noctes divinum numen horrere? Hujus composita sunt, Accuro: unde Accuratus, & adverbium Accurately: Concurro, Procurro, Percuro, quæ vide suis locis. ¶ Aliquando Curare significat Colere, ἡγετεῖν: ut Plin. Epist. lib. 1. de Regulo: Est enim locuples, curatur à multis, ti- metur à pluribus. Plaut. Aul. Prolog. Ille minus minùsque impendiò curare (sup. me, id est colere ut deum desir.) ¶ Item, Curare ob- scencè, Idem Amph. Qui hic rem tuam, & munus fungatur tuum, (id est, adulter tuus.) ¶ Curari etiam dicuntur medicamenta quæ priusquam adhibeantur, repurgantur, & præparantur: ut apud Cels. lib. 6. cap. 6. in Cleonis collyrio, Cadmix curaræ fit mentio. ¶ Cu- rare etiam verbum castræ, pro ἡγετεῖν, regere, ac Ducis, Im- peratorisque officia exequi. Salust. in Catilinario, Fæsulanum quen- dam in sinistra curare jubet. Et in Lugurth. Legatis imperat, ubi quisque curaret: deinde signo dato, undique simul clamor ingens exoritur. ¶ Curare vallum. Gell. cap. 5. lib. 5. ¶ Curare ædes: vitium additur ædibus, bona cum curantur male. Plaut. Moſ. sc. 2. a. 1. Item, Curare cadaver. Suet. in Neron. cap. 48. Non benè curatum factum. Liv. 1. ab urb. Ut pecunia curaretur (i. cogeretur.) Idem 4. d. 5. Curatur, Impersonale. Apud Plin. lib. 18. cap. 27. Curatur ut vinea ve- tus semel fossa sit. Plaut. Cas. Noctu ut condignè recubes curabi- tur. Curas, Idem Pseud. sc. 3. a. 1.

Cūrlātūs, participium: Cum diligentia & cura factus. { כְּרִירָה bari. im- μελάτης. GALL. Fait avec soin, & diligence. ITAL. Fatto con cura & diligentia. GERM. Versorgt mit stets aufgerichtet oder gemacht. HISP. Hecho con mucho cuidado. ANGL. Done with care and di- ligence, sene to. } Benè curata cute nitidus, Horat. 1. Epist. Plin. lib. 18. cap. 6. Adduxit filiam validam atque benè curatam ac ve- stitam, Nitida & curata corpora. Quintil.

Cūrlātū, adverbium: Accurately. { צְרִיאָה. GALL. Diligemment, soignera

soigneusement. ITAL. Diligentemente, con attentione. GERM. Fleißig / Eich. HISP. Con mucho cuidado. ANGL. Diligentlie and well. Tacitus lib.2. Ejus negotii initium, ordinem, finem curatiū edidseram.

Cūrātōr, procurator. { ȝNT doȝh, ȝRP charédh, ȝRP pakid. ītīg-  
ȝt, ȝRP, ȝRP, ȝRP, ītīg-ȝt, ȝRP, ȝRP, ȝRP. GALL. Curateur  
qui a la charge & le soin de quelque chose. ITAL. Curatore, tuteure.  
GERM. Ein versorger, schafner, pfleger. HISP. Curador. ANGL. A cur-  
ratour, that hath the charge of any thing. Generali nomine dicitur  
præpositus alicui negotio: ut, Reficiendis muris curator Demo-  
sthenes fuit. Cic. de optim. gener. Orator. Curator venationum. Suet.  
in Calig. cap. 17. Curator reficiendi Capitolii. Catullus. Gell. cap. 10.  
lib. 2. ¶ Curatores urbis, & annonæ ædiles. Idem 3. de legib. & Ju-  
stinian. Inst. de curatōribus. §. I. Masculi quidem puberes, & fœminae  
viripotentes, usque ad vicesimum quintum annum compleatum  
curatores accipiunt: quia licet pubetes sint, adhuc ejus ætatis sunt,  
ut sua negotia tueri non possint. Festus scribit, Curatōrem esse, qui  
pupillis loco tutoris datur, quasi qui pupillarium bonorum curam  
gerat. Egere curatoris dicimus, quos tacitè innuere volumus non  
compones esse mentis suæ. Horat. 1. epist. 1.

Insanire puta: solemnia me neque rides?

Nec medici credis, nec curatoris egere

A pratore dati?

Ubi obiter observa, solemnia pro solemniter. || ¶ Curatores item,  
qui rei frumentariæ, agrisque dividundis præsunt. Cerdæ. ||  
Cūrātōlō, nis: Cura, provicia alicui delegata, procuratio, munus,  
{ ȝRN ȝdeaghāh, ȝRP pekuddāh. ītīg-ȝt. GALL. Charge, ad-  
ministration. ITAL. Cura, guarire. GERM. Ein sorg oder vñnuß der  
einem auffgeleget ist. HISP. Curatoria, cuydado. ANGL. A curing or  
healing. } Cic. ad Attic. lib. 15. Ego quod eram meditatus in via  
suadere, ut ueretur curatione Asiatica frumenti: nihil esse jam re-  
liqui quod ageremus, nisi ut salvi escimus. Idem 1. de nat. deor. Ab  
omni curatione & administratione terum vacent. ¶ Curatio acri, i.  
vehemens, ut quæ sit inedia. Cels. lib. 6. cap. 6. Curatio quæ manu  
adhibetur, i. Chirurgia, ȝRP. Idem lib. 6. cap. 15. Curatio scul-  
pelli, i. quæ sculpello fit. Idem lib. 7. cap. 4. Liv. 4. ab urb. Curatio-  
nem agere. ¶ Curatio item, sive curatela, est potestas administrandi  
bona ejus, qui vel ob ætatem, vel ob mentis corporis vitium suis  
rebus præesse non potest: in qua significatione Jurisconsultis uita-  
tum. Curationem bonorum patris postulare. Quintil. ¶ Curatio  
item pro medendi actu ponitur. Curationem (vulneris) accedere.  
Senec. cap. 1. de cons. ad Marc. Cic. in Epist. De medico bene ex-  
stimari scribis, sed ejus curationes non probo. ¶ Quid tibi, malum:  
mea, ut quid ego agam, curatio est? Plaut. Moſ. sc. 1. a. 1. Item,  
Quid tibi hanc rem curatio est? Idem Amph. sc. ult. a. 5. Vulgo,  
Quare tu curas de hac re?

Cūrātūrā, Curatio, ītīg-ȝt, ȝRP. Terent. in Eunuch. Deducunt ci-  
bum. Tametsi bona est natura, reddunt curaturā junceras.

Cūrātōriā, x. Munus curatoris adulti. { ītīg-ȝt, ītīg-ȝt, ītīg-ȝt-  
ȝt, ītīg-ȝt. GALL. Curatelle, office & charge de curateur. ITAL.  
Ufficio & carico di curatore. GERM. Das ampt eines weysenvogts.  
HISP. Curatoria, el oficio del curador. ANGL. The office of a cura-  
tour. } Heren. in l. 1. ff. de excus. tutor. Conscriptens librum (ut  
mihi videtur) utilissimum, quem exculcationem tutelæ, & curatōriæ  
vocavi, huc tibi misi. Ibidem l. 2.

¶ Curatxa, thorax. Anon. L. g. b. ||

Cūrār, acis, adjectivum: Diligens, curæ & vigilantiæ plenus. { ȝRP  
schotsehd, ȝRP charédh, ȝNT doȝh, ītīg-ȝt, ȝRP. GALL. Di-  
ligent, soigneux. ITAL. Diligente, vigilante. GERM. Fleißig / sorgfäl-  
lig / gar jorgsam. HISP. El que tiene mucho cuidado. ANGL. Diligent,  
tuisse. } Caius l. si quid venditor, D. de adil. edit. Verbi  
gratiæ, si constantem, aut laborantem, aut curacem, aut vigilantem  
esse, aut ex frugalitate sua peculium acquirentem affirmaverit: &  
ex diverso levis, protervus, desidiosus, somniculosus, tardus, co-  
messor inveniatur, &c.

¶ Curba, meretrix. Gl. Basili.

Cūrculia, funis nauticus, quo in tempestate utuntur nautæ. Cath. ||  
Cūrcullo, nis, masculini gener. Animal parvum, frumentum corro-  
dens: quasi gurgulio, eo quod nihil in eo penè aliud quam guttur  
videatur. { ȝRP. GALL. Une petite bestie ou vermine, qui ronge le  
froment, chasse peleuse ou charençon. ITAL. Tignuola. GERM. Wiblen  
oder milroen die das Eorn fressen und aufshölen. HISP. Gorgojo. ANGL.  
A little weome eating corne called a mite or weevell. } Virg. 1. Georg.

— populatque ingentem farris acervum

Cūrcilio.

Col. lib. 1. cap. 6. Ea res ab noxa curculionum & similiū animalium  
commodissimè videretur fruges conditas defendere.

Cūrcilio mihi verba dedit.

Et, Ubi Curculionem repetiam? In trito facillimè ibi vel 500.  
reperies. Plaut. Cure. sc. 4. a. 4. ¶ Curculio translatè pro pene. Per-  
sian. Satyr. 4. Quare dentosus curculio extat. ¶ Est præterea Curcu-  
lio, via patens, seu fistula colli exterior, per quam spiritus attrahi-  
tur, atque emittitur. ȝRP. Constat autem hæc ex cartilagine  
molli & flexuosa, quasi ex annulis in catena modum compactis, sed  
imperfectis. ¶ Dicitur etiam spiritualis fistula, quam semper patet,  
ut spiritus liberum habeat exitum, qui ad pulmonem cõrque defertur.  
Tracheam arteriam medici appellant, Plinius arteriam asperam:  
cujus operculum est epiglottis. Scribitur autem Curculio per e.,  
non Gurgulio per g., ut constat ex argumento Plautinæ Comœdiæ,  
quam Curculionem inscripsit: in qua primæ versuum literæ Curcu-  
lionis nomen exprimunt.

¶ Cūcumā, capistrum, ȝRP, vulgo Cūcumā.

Curdela, ligula. L. g. b. { ITAL. Cordella. } ||

Cūrēs, ȝRP, pluralis tantum numeri, Sabinorum oppidum opulentissi-  
sum, ex quo Numa. Plutarch. in Num. Huic autem oppido im-  
perabat T. Tatius, cuius cives Quirites, ȝRP dicebantur: con-  
veneruntque Romulus & Tatius in hanc sententiam, ut è duobus  
populis unus efficeretur, & Sabini Romam migrarent, Romaque

nomen tetineret: sed Romani & Sabini Quirites appellatentur.  
Ovid. lib. 2. Fast.

Te Tatius, patruique Cures, Caninaque sensit.

Hinc etiam populi, Cures. Virg. lib. 9.

— Tatiisque seni, Curibusque severis.

Cūrētēs, { ȝRP, GERM. Völcker in der Insel Candia. } Populi Cretæ  
insulæ, qui & Corybantes, & Dactyli Idæi appellati sunt: ex Ida  
Phrygiæ monte (ut quidam volunt) oriundi, à cuius etiam nomine,  
Cretæ montem, quem primum insedere, Idam appellant. Dicti  
ȝRP, telle Strab. lib. 10. ȝRP ȝRP, hoc est, à tonsura. Ante-  
riorē enim capitū partem detonsam gestabant, ne hostes eos ex-  
farie apprehenderent. Alii Curetas dictos putant, ȝRP ȝRP, eo quod Lovem aluisse dicantur. Author est item Strabo loco iam  
citato, Curetas in Græciam quoque trajecisse, tandemque confessisse  
trans Acheloum fluvium, ibique quum intona servarent capita,  
Acarnanas vocari cœpisse. Legendus Ovid. 4. Fast. ¶ Curetum os,  
ȝRP, Dici solitum si quando quis numine afflatus loqui vi-  
deretur, propterea quod Curetes Cybeles comites furore quadam  
facto perciti divinare viderentur. Refertur à Zenodoto: meminit  
& Hesychius.

Cūrla, Curiales, Curiatus, vide Cura.

Cūrla, Rhætorum urbs primaria, vulgo Chur dicitur. Rhætorum, sive  
Grifonum comitia hic celebrati solent. ¶ Est alia eiusdem nominis  
in Voytlandia, quam Germani Hoff vocant.

Cūrifugia, nomen villæ Nicolai Perotti nuper inditum, quam in agro  
Sentinati habebat, inter duo fluenta, Sentinum & Nevolum, ubi est  
saluberrima cœli tempesties.

Curiona sacra, quæ à Curionibus in Curiis siebant.

Cūrō, prænomine Quintus, insignis orator fuit, qui Cæsarem in qua-  
dam oratione omnium mulierum vitum, & omnium virorum mu-  
lierem appellavit. ¶ Hujus filius C. Curio Tribunus plebis fuit eo  
tempore, quo primum bellum civile inter Pompeium & Cæsarem  
exarsit: & quum ex perditissimo luxu scelæ æte alieno obruisset, Cæ-  
sarem ad bellum civile incitavit, causamque illius absentis defen-  
dendam suscepit. Unde etiam à Lucano, venali lingua fuisse dicitur.  
Periit in Africa, cui à Cæsare erat præpositus, à Juba Mauritaniæ re-  
ge cum toto exercitu deletus. Et Curioni gratulatur Cic. Epist. lib. 2.  
Sera, inquit, gratulatio reprehendi non solet, præsertim si nullâ  
negligentiâ prætermissa est. Longè enim absum, audio serò. Is Curio,  
ut se æte alieno liberaret atque emerget, Cæsarem ad bellum  
civile impellebat, ut scribit Cic. in Epist. ad Quint. fratr. Et ipse  
Cæsar, inquit, amicus noster, minaces ad Senatum, & acerbæ lice-  
tras miserat: & erat adeò impudens, qui exercitum & provinciam  
invito Senatu teneret, & Curio meus illum incitabat.

Curio, sanguis: forte Crux.

Curis, ut habet Strab. lib. 5. Urbs quondam insignis, nunc autem vicu-  
lus in Sabinis, &c. Vide Cures.

Curium, ȝRP, urbs Cypri, à Cureo Cinyræ filio: gentile Curieus,  
Curias fœm. & ipsa regio. Est etiam urbs Ætoliae. Steph.

Cūlio, Curiosus, vide Cura.

Cūris, lingua Sabinorum, hasta dicitur. Unde Romulus Quirinus, qui  
eam ferebat, est dictus: & Romani à Quirino, Quirites dicuntur.  
Curitim Junonem appellabant, quia candem ferre hastam putabant.  
Festus. Ovid. 2. Fast.

Sive quod hasta Curis prisca est dicta Sabinis.

Vide Macrob. lib. 1. Satur. cap. 9. & Servium in 1. lib. Aeneid.

Cūrīs Dentatus, Romanus civis, exactissimæ frugalitatis, & perspe-  
ctæ fortitudinis. Hic quum in scanno federet, rapásque in foco  
torteret, & Samnitum Legati magnum auri pondus publicè missum  
obculissent, invitarentque ut eo uti vellet: respondit, M. Curium  
malle imperare locupletibus, quam locupletem fieri: & qui acie  
vinci non potuit, eum pecuniâ corrupti non posse. Hic primum de  
Samnitibus triumphavit, quos usque ad mare superum pacavit. Re-  
versus, in concione ait: Tantum agri cepi, ut solitudo fuerit futura,  
nisi tantum hominum cepissem: Tantum bonum porrò cepi, ut  
fame essent perituri, nisi tantum agri cepissem. Deinde de Sabi-  
nis triumphavit: postremo de Lucais, ovans urbem intravit: Pyr-  
thrum regem Epirotarum Italia repulit. Quaterna dena agri jugera  
vititum populo divisit: sibi totidem constituit, dicens Nem-  
inem esse debere cui non tantum sufficeret. Hujus meminit Juven.  
Satyr. 1. 1. De hujus viri continentia & villula, Plutarch. in Cato-  
ne Censure.

Cūrmī, ex maceratis & coactis frugibus potus. Ulp. 1. si quis, ff. de tri-  
tie. ol. & vin. leg. Igitur acetum, inquit, quod vini numero pater-  
familias habuit, & zythum, & curmi, & cætera, quæ pro hominum  
affectione atque numero vini habebuntur.

Cūro, as, vide Cura.

Curopalatæ dicti sunt præfecti prætorianorum, & aulæ Principis, &  
Comites aulicorum. Hinc Curopalatissæ, uxor Curopalatæ.

¶ Curosopitordæ, sive Curosolitæum civitas, Cournoüaille, vel Cor-  
noüaille. V. E. dicta Corisopitensis Britanniæ Armorice, sub A. Tu-  
ronensi. ||

Cūrtöröphium, { ȝRP. ANGL. An house appoynted for brin-  
ging up of children. } Domus alendis pueris destinata: ȝRP enim  
puerum significat. Utitur Justinianus in l. 19. C. de sacros. Eccles.  
Differt autem à ȝRP, quod in hoc infantes recentesque par-  
tus, aut expositi, aut parentibus egestibus nati alebantur: in illo  
pueri grandisculi, qui nondum labore suo viatum sibi parare pote-  
tent. Ex Hotomano. Imò id nominis non recensetur in textu, sed  
tantum Brephotrophium.

¶ Curpator, levis armaturæ miles. L. g. b. ||

Cūrro, is, cucurri, cursum: cuius compostra quandoque geminat  
syllabam, quandoque non. { ȝRP. ȝRP. GALL. Courir. ITAL.  
Correys. GERM. Lauffen. HISP. Correr. ANGL. To runne. } Virg. lib. 4.  
Aeneid.

Decurrere jugis, alia de parte patentes.

Transmittunt cursu campos.

Cato contra Pisonem: Video hac tempestate concurrit omnes  
adversarios.

adversarios. Terent. in Hecyr. Una illatum interea properè præcurrit. Occurrerit, pro Occurrit. Gell. lib.7. cap.9. Est autem currere, celetire ire, gradum præcipitare, intenta celeritate viam quasi vorare. Cic. ad Attic. lib.10. Præterit villam meam Curio, jussitque mihi nuntiari mox se venturum: eucurrit Puteolus, ut ibi concionaretur. Sic Currere cursum, Currere spatum dicimus. Sümne infelix, qui non curro curriculò domum. Plaut. Most. sc.1. a.2. Quid illic homines ad me currunt obsecro? Idem Men. sc.6. a.5. Nunquam ad prætorem æquè cursim currat. Idem Pseud. sc. 3. a.1. Ecquis currit pollinctorem accersere? Idem Asin. sc.2. a.5.

Sive opus est velis, minimam bene currit ad auram.

Ovid. Eleg.9. lib.1. Trist.

Hac mea per placidas cymba cucurrit aquas.

Idem Eleg.4. lib.3. Trist. Historia currere debet ac ferri (de stylo.) Quintil. ¶ Interdum accipitur pro fluere, p̄r. Virg.5. Georg.

Concrescunt subita currenti in flumine cruxse.

Plin. lib.11. cap.50. Doliis etiam inanibus currit eadem, concavo, vel recto parietum spatio. (Vox.) Sic & Cicero, Currere orationem dixit 1. de finibus. ¶ Frustra currit, εἰς κεῖδη τείχος: pro eo quod est, Frustra laborat, usus est D. Paulus compluribus locis. Sumptum ab iis, qui in stadio cursu certant. Celebris est hic senarius, ἀβάσιον εἰς κεῖδη μοχθέα τείχων: id est, temerarius labore currit irrito. ¶ Huic finitimum est, Nec currimus, nec remigamus, οὐτε γέρου, οὐτε λαόνος.

Currēns, participium. { γῆ rats. τείχος. GALL. Qui court. ITAL. Chi corre. GERM. Lauffend. HISP. El que corre. ANGL. That runneth. } Dabo te ad pistores, ut ibi cruciere currens. Plaut. Asin. sc. 4. a. 3. Unde Currentem incitare, ἡ τείχος ὁ τείχεων, proverbialiter dicimus, pro incitatum jam, & in rem aliquam incumbenter instantius hortari, vel impellere. Cic. ad Attic. Quod me hortaris, ut eos dies consumam in Philosophia explicanda, currentem tu quidem. Ducta est metaphora ab his qui cursu certant, quibus acclamatio solet addere velocitatem. Simile est, Currenti calcar addere. Plin. junior in epist. quadam ad Pompeium Saturninum. Flagitabas ut tibi aliquid ex meis scriptis mitterem, cum ego id ipsum destinasse. Addidisti ergo calcaria sponte currenti. Translatione sumpta ab equitibus, qui nonnunquam etiam sponte currentibus equis, quo currant celerius, calcar addunt. Ita nobis calcar admovet, qui exstimulat languentes: addit currentibus, qui cupiditatem ac studium nostrum auget acutique.

Curritur, imperson. Terent. in prologo Heaut. Si qua laboriosa est, ad me curritur.

¶ Cursilis, ad currendum facilis. Cath. ||

Curso, as: Sæpe, vel multum curro. { ἀνετίχω. GALL. Courir souvent ça, & là. ITAL. Corre spesso. GERM. Vñ vñ oft lauffen/ lauffen eins lauffs. HISP. Correr a menudo. ANGL. To runne mucho often. } Cic. de Divinat.

Fuscaque nonnunquam cursans per littora cornix.

Idem pro Rost. Amer. Postea homines cursare ultrò & citrò non desitunt. Idem de senect. Quum alii mulos scandant, alii per foros cursent. Ter. in Hecyr. Trepidari sentio, & cursari horsum, sursum. Cursito, frequentativum. { ωτετίχω. GALL. Courir ça & là. ITAL.

Correre quā & là. GERM. Hin vñ hār lauffen. HISP. Correr à menundo. ANGL. To runne up and downe, hither and thither. } Diomedes, Sunt & quædam iterativorum iterativa, quæ sæpe in tres gradus deducunt, verba: quale est Video, deinde Viso, & quod plus est, Visito. Item Curro, deinde Curso, & Cursito. Terent. in Hecyr. Hodie mihi haud potestas data est, ita cursitando atque ambulando totum hunc contrivi diem. Idem Eunuch. Ne quis forte internuntius clam à milite ad istam cursit.

Cursus, us, & Cursio. Currendi actum significant: & tam de navigante & equitante, quæ pedibus iter faciente potest intelligi. { מְרֻצָּה merutsah. ὁρούσ. GALL. Cours, course. ITAL. Corso, il correre. GERM. Ein lauff. HISP. Corrida. ANGL. A course, a running, a race. } Plin. lib.12. cap.19. Hi recto cursu per sinus impellunt. Cic. ad Cass. Sin opressus ibi erit, omnis hominum cursus est ad vos. ¶ Cursus sanguinis è naribus, i. sanguinis fluor. Cels. lib.4. cap.2. vel sanguinis ex naribus cursus, sic ut corpus frigescat. Idem de materia quæ purgatur alvi ductione, loquens lib.4. cap.ult. Ne in inferiores partes factus cursus pedes repleret. Idem lib.6. tenuis pituitæ cursus, i. ἐπιφορρ, vel λιπίδης ἐπιφορρ. Cursus pro modo vivendi. Plin. in Paneg. Tenes Cæsar hunc cursum, & probatur experimento, sitne feracius, &c. Ubi secundo cursu vita procedit. Senec. cap.6. de cons. ad Marc. Cursus & recursus matis. Idem de cons. ad Helv. c.7.

Curva nec assuetos egerunt flumina cursus.

Tibul. lib.4.

— cæptos avertere cursus.

Ibidem. Qui mihi in cursu obstiterit, is vitæ obstiterit suæ. Plaut. Capt. sc.1. a.4.

— directo contendere cursu.

Tibul. lib.4.

Vox erat in cursu, vultum dubitantis habebam.

Ovid. 5. Fast.

Spes erat in cursu.

Idem 6. Fast. ¶ Cursus exhibitio, pro Rationum relatio, quasi totius procurationis ac munieris sui discursus, sive Διστόμη edatur. Hotomanus.

Cursū, æ, idem quod Cursus. { ὁρούσ. ANGL. A race, à running. } Varr. Et qui alii sunt idonei ad rem militarem, alii ad vecturam, alii ad admissuram, alii ad cursuram. Ex cursura anhelitum ducere. Plaut. Asin. sc.2. a.2.

Cursor, qui currit. { γῆ rats. ὁρούσ. GALL. Courre, courser. ITAL.

Corso, corritore, staffiero, corriero. GERM. Ein läufser. HISP. El trotoro, el correo, el corredor. ANGL. A runner. } Cic. 2. Tusc. In studio cursores exclamant quæ maximè possunt. Plaut. Merc. Genua hunc cursorem deserunt. ¶ Cursor item tabellariorum dicitur, à celestitate cundi. Mart.

Cursorem sextā tibi Rufe remissimus horâ.

Cursōrūs, a, ut: quod ad cursum pertinet: ut, Navis cursoria, ὁρούσ. GALL. Propre pour courir. ITAL. Ciò che s'appartiene à corso. GERM. Das zu dem lauff gehört. HISP. Cosa ordenada para correr. ANGL. Proper to runne. } Sidonius, Typhim cursoriam ascendi. Cursim, adverb. Currendo, cursu. { ὁρούσιος. GALL. En courant. ITAL. Correndo. GERM. Mit lauffen/ im lauff. HISP. De corrida y arrebata damento, corriendo. ANGL. By running. } Plaut. Pœnul. Nisi ego illum jubeo quadrigis cursim ad carnificem rapi. Nunquam ad prætorem æquè cursim currat, ut emitat manu. Plaut. Pseud. sc.3. a.1. Cicero. T. Philipp. Alter in Asiam irrupit cursim. Plin. epist.49. Super hanc liber legebatur, & quidem cursim.

Currus, us: Vehiculum. { רכב réchē, מרכבתַּ merchantâh. ὁρούσ. אֲמֹגֶץ. GALL. Char, chariot. ITAL. & HISP. Carro. GERM. Ein wagen/ oder karch. ANGL. A cart or chariot. } Dictum ab eo quod veteres uterentur ad cursum. Virg.12. Aeneid.

Quadrijugo vehitur curru.

Hoc nomine bigæ etiam & quadrigæ continentur. Unde etiam triumphantium quadrigæ, currus triumphales dicebantur. Ante currum agere hostes viatos. Velleius.

Ingredior curru latos imitantे triumphos,

(i. equis albis.) Ovid. 13. Metam. Currus eburnos. Idem Eleg. 2. lib.4. Trist. Ante currum Persem victum egit Paulus. Senec. 13. de consol. ad Marc. Currum vacuum Pauli populus aspergit (ob liberos amissos.) Idem ibid. Ascendo in currum, ut hunc proteram. Plaut. Men. sc.2. a.5. ¶ Per translationem ponitur pro triumpho. Cicer. ad Caton. lib.5. Qum ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferam? ¶ Currus bovem trahit, ἡ ἀμογέτα βοῦν ἀλεύει: de te quæ præpostere geritur. Quod Galli sua lingua eleganter dicunt, Mettre la charrue devant les bœufs. Lucian. in Terpsione. ¶ De curru delapsus. ἐξηγεῖσθαι. In hodiernum vulgo quoque durat adaginm, in eum qui oblitus propositi, aliò se transfert, aut qui in sententia labascit. Aristoph. in Ranis.

¶ Curraculus, aliquantulum currax, vel velox. Cath. ||

Currículum, diminutivum. Brevisimum vehiculi genus, quod eo veteres ad cursum in ludis Circensibus uterentur. { τὸ ἀργυρόν. GALL. Petit char, ou chariot. ITAL. Picciolo carro, carretta. GERM. Ein kleiner wagen oder karch/ welchen man braucht zu dem rennen / ein rollwagen gelin. HISP. Carro pequeño. ANGL. A little cart or chariot. } Plautus Merc. Quin pedes vos in curriculum conjiciris? Curt. lib.8. Aliorum turbati equi, in amnum præcipitavere curricula. Curriculo bijugi. Sueton. in Calig. cap.19.

Curriculo gravis est facta ruina meo.

Ovid. Eleg. 8. lib.9. Trist. ¶ Curriculum etiam ponitur pro cursu ipso. { מְרֻצָּה merutsah. βεβούσ. δολιχός. GALL. Cours, course. ITAL. Corso. HISP. Carrera pequeña. ANGL. A course, a running. } Cicero. de legib. Ludis publicis, quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat, popularē lātitiam in cantu & fidibus & tibiis moderante, eam cum divūm honore jungunt. ¶ Curriculum vitæ. Cic. pro Raa. bir. Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscribit, immensum gloriae. ¶ Item, Curriculum significat tempus. Virg. lib.8.

Inde ubi prima quies, medio jam noctis abacta.

Curriculo, expulerat somnum: id est, medio tempore.

¶ Curriculum item locum, sive intervallum ubi curritur, denotat, à carceribus ad calcem: Graci in πόδες, appellant. { GALL. La carrière, la lice, ou le lieu pour courrir. ITAL. Luogo da correre. GERM. Ein ausszyleter platz in welchem man laufft. HISP. La carrera o lugar donde corren. } Horat. 1. Carm. Od. 1.

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum

Collegisse juvat.

Currículò, adverbium, pro Cursim. { ὁρούσιον, ὁρούσ. GALL. En courant, hastivement. ITAL. Correndo prestamente, tosto, in fretta. GERM. Im lauffen/ schnell/ eilends/ fuchs/ leüfingen. HISP. De corrida, arrebata damente. ANGL. Spedelie, by running. } Plaut. Epid. Nam ut apud portum te confixi, curriculò occipi sequi. Terentius Heauton. Curriculò percurrere. Transcurrere curriculò ad nos. Plaut. Mil. sc.6. a.1. Sed sümne infelix qui non curro curriculò domum. Idem Mostell. sc.1. a.1. Ite curriculò, Gell. cap.8. lib.17.

¶ Curro d'epanus, currus falcatus. Pancitol.

Currulus, equus tolutarius. Gloss. Apul. ||

Curopolis, urbs Cariæ. Steph.

Currūca, parva avis, quæ alienos pullos pro suis educat. { ἀπλατή, ἀπλατής. GALL. Un verdon, petit oiseau qui nourrit les petits d'un autre, pensant que ce soient les siens. ITAL. Uccello picciolo, che allieva gli altri uigli voli pensando che siano suoi. GERM. Ist ein vogelin das frembd junge für die seinen ernährt und aufzuzucht/ Erlich nennen es ein graumuet. HISP. La ave que cria los hijos del cuchillo. ANGL. An hedge sparrow, or titling. } Juven. Satyr. 6.

Tu tibi nunc currūca places, fletūque labellis Exforbes.

¶ Currucare, imitari currucam; alienam uxorem subagitare. Cath. vel potius alienam suppositam Sobolem educare tanquam propriam. Cursola, Corzola, insula maris Adriatici, & V. E. in ea, ditionis Venetorum. ||

Cūrsus, Cursim, Cursito, Cursor, Cursura, Cursu: vide Curro.

¶ Curtesus, benignus. L. g. b. ||

Curtis, in veteribus formulis pro villa accipitur. Curtella, diminutivum, parva curtis.

Curtius, prænomine Marcus, adolescens Romanus nobilis fuit, qui se pro salute patriæ diis Manibus devovit. Nam quum terra in n edio foro ingenti hiatu desedisset, responsūque esset non coitaram labem, nisi quispiam ex primæ speci adolescentibus sese in hiatum decicisset: Curtius acceptam à patria vitam, eidem impendere non dubitavit, concesso que equo sine mora se in specum præcipitavir: unde etiam Curtius lacus nomen creditur servasse. ¶ Curtius prænomine Quintus, nobilis historicus fuit, qui Alexandri magni gesta memoriae prodidit.

Curtius, fons insigni aqueductu memorabilis, ut qui à quadragesimo lapide in Urbem fuerit perductus, opere arcuato tantæ altitudinis, ut in omnes urbis montes facile distribueretur. Vide Plin. lib.36. cap.15. Curtius

Cūtūs, a, um: Brevis, parvus, mutilus. { תְּקֵרֶב katsér, יָפַר katan, γάρθιον gadhúah. ἡγλόβος: GALL. Court, petit. ITAL. Corto, breve. GERM. Kürz/ gekürzt. HISP. Cosa mellada, mengada, escassa, ò corta. ANGL. Short, little. } Horatius,

— Nunc mihi curto

Ire licet mulo, vel si liber, usque Tarentum.

Sic curtum calicem dixit Martialis, pro fratre: & Persius Cuttam supellectilem, pro exigua: & Cicero Cuttam sententiam, hoc est, decuttam. Celsus quoque lib. 7. cap. 9. in auribus, naribus, seu labris Curta appellat partium illarum deformitates, particulæ aliquæ defæctæ provenientes.

Cūrto, as, diminu. { תְּקֵרֶב katsér, ἡγλόβος, α. GALL. Accourteir, appetisser, diminuer. ITAL. Accorciare, diminuire. GERM. Kürzen/kürzen oder beschneiden machen. HISP. Mellar, ò menguar, ò cortar. ANGL. To shorten, to abbridge. } Horat. 1. Serm. sat. 3.

Quantulum enim summè curtabit quisque dierum, &c.

A quo Decurto, ἡγλόβεω.

Cūrvamēn, Curvatura, vide Curvus.

Cūrulīs, e, adjективum est à curru formatum, abjecto altero r, ut Ædilis curulis, dignitas curulis: & apud Horatium, Ebur curule, lib. 1. Epist.

Cui liber hic fasces dabit, eripiētque curule

Cui volet importunus ebur.

Nam senatores qui curulem magistratum, hoc est, majorem honorem gerebant, honoris gratiâ in cuiam vehi soliti erant curru, in quo sella erat eburnea, supra quam considerent. Gellius lib. 3. c. 18. ¶ Curulis etiam in fœminino genere accipitur pro ipsa sella: quia facile potest intelligi ejus substantivum. Lucanus lib. 3.

Prator adeſt, vacuaque loco cœſere curules.

Curulis sella quid, Gell. cap. 18. lib. 3. Eam sibi adfert iubet Ædilis, & ponit in limine, ne quis ingrediatur. Idem cap. 9. lib. 6. Curulis ædilitas unde dicta, aperit Plutarch. in Mario. Curulis sellæ laxatis compagibus. Suet. in Aug. cap. 43. Curules triumphos tres egit (ad discrimen ovationis: paulò ante, Bis ovans ingressus est urbem.) Idem ibid. cap. 22. Pro æde Iovis sella curuli præsidere, ibid. cap. 26.

Cūrvūs, a, um: Inflexus, tortus. { עַקְבָּה chaphúph, פַּשְׁתָּה naschách. ἥπαρης, καμπύλη. GALL. Courbé. ITAL. Torto, piegato. GERM. Krumb. HISP. Corvo, ò corcobado. ANGL. Bowed, crooked. } Virg. 1. Georg.

Et curva rigidum falces conflantur in ensim.

Tibul.

Et properat teleri curva fenecta pede.

Virg. 9. Æneid.

— Et littore curvo.

A quo incurvum, valde curvum. Terent. in Eunuch. Incurvus, tremulus, labii demissis. Donat. Incurvus, valde curvus. προς ὄπες. Procurvus, idem Virg.

— neque illa procurvam

Expectant falcem.

Recurvus, idem quod simplex curvus. Idem 7. Æneid.

— Cornuque recurvo

Tartaream intendit vocem.

Qualis ἐπί in curvum pontus confluxerit orbem,

Tibul. lib. 4. Curva scribia domum. Ovid. Eleg. 1. lib. 1. Trist. Cūrvo, as. Flecto, vel curvum efficio. { עַקְבָּה chaphúph, פַּשְׁתָּה naschách, γριψής hichriah. ἥπαρης, καμπύλη, κρίπτη. GALL. Courber, faire courbe & panché. ITAL. Piegare, tortere. GERM. Krümmen /biegen. HISP. Encorvar ò corcobar à otro. ANGL. To bower or crooke. } Virg. 2. Georg.

— Ityreos taxi curvantur in arcus.

Laetant. lib. 2. Quia curvant coeleste animal ad veneranda terrena. Plin. lib. 16. cap. 42. Et palma arbor invalida: in diversum enim curvatur. ¶ Hujus composita sunt, Accurvo, quod est juxta curvo. Colum. lib. 4. Nam fragilis est ea parte materia, qua torta & accurvata, quum deponetur, ceperat vitium. Recurvo, & Incurvo: vide suis locis.

Cūrvātūs, participium. Flexus. { עַקְבָּה chaphúph, καμπύλης, κρίπτης. GALL. Courbé. ITAL. Piegato, inarcato. GERM. Geskrümpt, gebogen. HISP. Corcobado. ANGL. Made crooked or bowed. } Stat. 5. Sylv.

Et simulant fessos curvata cacumina somnos.

Cūrvātō, verbale. Flexio. { עַקְבָּה chaphúph. GALL. Courbement. ITAL. Piegamento. GERM. Ein krümbe. HISP. Encorvadura, corcoba. ANGL. A crooking or bowering. } Plin. lib. 17. cap. 23. In curvatione materiæ. Curvatio vitis. Colum. lib. 4. cap. 12.

Cūrvātūrā, æ. Curvatio, flexio. { עַקְבָּה chaphúph. GALL. Courbeure. ITAL. Piegatura. GERM. Krümbung /biegung. HISP. Encorvadura, corcoba. ANGL. A bowering, crooking. } Plin. lib. 17. cap. 19. Ne curvatura fugiat. Ovid. 2. Metam.

— aurea summa

Curvatura rota.

Cūrvamēn, Curvatio, sive curvitas. { עַקְבָּה chaphúph, καμπύλη. GALL. Courbement. ITAL. Piegatura, arcatura. GERM. Krümb. HISP. Encorvadura ò corcoba. ANGL. Crookedness. } Ovid. 2. Metam.

Sectus in obliquum est lato curvamine limes.

Gell. Sub alio atque alio coeli curvamine.

Cūrvēſco, Curvus fio. { עַקְבָּה chaphúph. ANGL. To bower dove and roaxe crooked. } Hujus compositum est Incurvesco: quo usus est Cic. 3. Tusc.

Ramos baccarum ubertate incurvescere.

Cūrvip̄s, qui curvos pedes habet, ἀκυδόπες.

Cūrvifrons, qui frontem curvatam habet, ut pecudes. Ennius apud Nonium.

Tu curvifrontes pascere armenta soles.

Vetus codices chiographi habent, cornifrontes.

Curustus, magnus: fortè Grossus, vel Crassus.

Cūscum, Cuzo. V. E. Provinciæ Peruanæ, in India Occidentali, sub A. Limeni.

Cusio, pro Curio, hoc vide. ]

Cuso, cusas, vide Cudo.

Cūspīs, idis, fœm. gener. Acuta pars gladii, hastæ, clavi, & hujusmodi. { צְבִיר darbán, ισιδόρης, אַקְסֵי. GALL. Pointe, ou bout aigu & pointu. ITAL. Punta. GERM. Ein spitz an einem schwert/spiess/nagel. HISP. Punta, ò agudeza de arma. ANGL. The poynte of a weapon, a speare or arwo head. } Mart.

— Etola cuspis: de fixit aprum.

— Cuspis longa, pro veru. Idem lib. 14.

Spumens in longa cuspide fumet aper.

Cuspides pro tubulis fistilibus. Varr. 1. de re rust. c. 8. Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fistiles cum fundo pertuso, quos Cuspides appellant, quæ humor adventitus transire possit. ¶ Hinc componitur Tricuspis, adjectivum, τρικύψης, quod tres habeat cuspides, qualis singitur esse Neptuni tridens. ¶ Per hastæ cuspides currere, δι ὅξεις ὁ γρῦπες, dicebantur qui in re magnopere periculosa versarentur: ὅξεις enim hastam, siue hastæ cuspidi vocant.

Cuspido, as: Cuspidem tei alicui induco. { חַצְבֵּבְנָה kibsh̄ darbán. ισιδόρης. GALL. Bailler, ou faire pointe, aiguiser en pointe. ITAL. Far la punta à qualche cosa. GERM. Spinen/ spinig machen. HISP. Aguzar ò hazerpunta. ANGL. To mak poyneted or sharpe. } Quo verbo usus est Plin. lib. 11. Taurorum cornibus Barbari Septentrionales potant, utnisque binis capitum unius cotnua implent: aliij praefixa his pira cuspidant.

Cuspidatus, qui cuspidem habet. { ἀκιδότης. GALL. Ayant une pointe, aiguisé en pointe. ITAL. Puntuto. GERM. Gespitzt. HISP. Cosa con punta. ANGL. Poyneted or sharpe lik a poynete. } Plin. lib. 18. cap. 19.

Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus rulla. Cuspidiatum, adverbium, idem est quod acutè, & ad similitudinem cuspidis. { ἀκτίς ἀκανθώ. GALL. Par la pointe, par le fin bout. ITAL. Acutamente, agguzzamente, in punta. GERM. Dem spin nach oder mic dem spin. HISP. De punta, o con punta. ANGL. Poyneterwise. } Plin. lib. 17. cap. 14. Donec cuspidatum decisus descendat in rimam calamus.

¶ Cussilirem, pro ignavo dicebant antiqui. Fest. ubi Seal. Cussilites prius dictos puto Cossilires. ]

Cūstōs, odis, qui rem aliquam tuerit & curat. { שָׁמָר shomér. φύλακ. GALL. Garde, gardien. ITAL. Custode, guardiano. GERM. Ein hüter/ oder hüterin. HISP. Guardador. ANGL. A keeper that keepeth any thing. } Terent. in Eunuch. Numnam tu hic relictus es custos, ne quis fortè internuntius clam à milite ad istam cursitet? Quis nisi custos carceris? Plaut. Asin. sc. 2. a. 2. Custodem me illi miles tradidit, Idem Mil. sc. 3. a. 6. Jovi Juno (Argum) custodem addit. Idem Aul. sc. 5. a. 3. Custodem habeo. Idem Capt. sc. 3. a. 2. Cui (hero) custodem me addiderat hetus major. Ibid. sc. 5. a. 3. Anus hic solet cubitare custos janitrix. Idem Cure. sc. 1. a. 1. Exsultate vestram custodem mihi (i. janitriem.) Idem ibid. Sic hoc decet, verba dari custodi caute. Idem Menach. sc. 2. a. 1. Interdum etiam Custos significat prohibitorem, ut apud Virg. de Priap.

Et custos furum atque avium.

Ibi enim custos furum non dicitur, qui eos custodit, sed qui eos accet. Unde custodem ostii, dicimus qui curat ne quis injussus ingrediatur. ἥπερος: Custos hotti, qui prohibet aliquem in eum ingredi, vel damnum facere: ἥπερος. Vici cautos custodes meos. Plaut. sc. 4. a. 3. vers. ult. His discipulis prius custodes dabo. Idem Pseud. sc. 2. a. 3. Tu eis custos additus. Idem Mil. sc. 3. a. 2. Et Concubinæ miles custodem addidit. Idem Mer. sc. 1. a. 2. Item, Custodem factis & dictis alicujus flagitare, i. (observatorem.) Suet. in Tib. cap. 13. Custos sacrorum, qui sacrum ministrat atque observat. ἥπερος. Virg. 8. Æneid.

At domus Herculei custos Pinaria sacri.

Cic. lib. 2. Offic. Malus enim custos est diurnitatis metus, id est, malus servator diurnitatis metus. ¶ Custos etiam dictus fuit in iudicio, cui cura erat accusatorem obseruare, ne à reo corrumperetur. Idem in Divinatione in Verrem. Custodem, inquit, Tullio me apponite. Quid? mihi quam multis custodibus opus erit, si te semel ad capsas meas admiro, qui non solum ne quid enunties, sed etiam auferas, custodiendus sis. Et paulò p̄st. Etenim fides mea custodem repudiat, id est, diligentia speculatorum reformidat. ¶ Custodes etiam in vitibus dicuntur novelli palmites, duarum, vel trium, non amplius gemmarum, qui alio nomine reseces, aut presidiarii palmites vocantur. Plin. lib. 17. cap. 12. ¶ Custodes etiam dicebantur canes: & contrà.

Cūstōdīo, is, iui, tum. Servo, observo, adservo, tueor, privata custodia contineo. { שָׁמָר shamár, רַכְנָתָסָר. φύλακας, σώζεις. GALL. Garde. ITAL. Custodire, guardare. GERM. Bewaren / behüten / behalten. HISP. Guardar. ANGL. To keepe. } Gell. lib. 1. Parsimonia apud veteres Romanos, & victus, atque eorum tenutas, non domestica solum observatione ac disciplina, sed publica quoque animadversione legum complurium sanctionibus custodita est. Cic. Dolabella. Fac ut diligenter te ipsum mi Dobella custodias. Custodire aliquem oculis. Velleius. Nunc te ipse custodis. Senec. cap. 8. de cons. ad Marc. Quid cessatis compedes amplecti cruta, ut vos custodiam. Plaut. Capt. sc. 4. a. 3. Noctu nervo vinclitus custoditur. Ibid. sc. 5. a. 3. Nusquam se magis custodit judex, i. cauet, ne fallatur. Quint. Custodio, pro Observeo. Qu. Cic. de petit. Consul. Fac itaque ut se custodiri atque observari scient. Cic. in Catilin. Oculi & aures omnium te speculantur & custodiunt.

Cūstōdīa, æ: Praesidium, vigilia, excubiae. { מְשֻׁטָּר mishmérath, טְמַר mishmár. φύλακας. GALL. Garde, le guet & garde qui on fait sur aucuns. ITAL. Guardia. GERM. Ein hütt / wacht oder achthabung. HISP. La guarda. ANGL. A keeping or the watch. } Horat. lib. 1. Epist. ep. 1.

— ut piger annus

Pupillis, quos dura premit custodia matrum.

Celsus lib. 2. cap. 2. Qui ista nunquam sine custodia sui tuta habuit. In tuam custodiam me, & meas spes trado. Plaut. Most. sc. 1. a. 2. Urbis custodiis præpositus Mæcenæs. Velleius. In libera custodia.

Ita

Ita vinclis, custodiisque sumus circumcœniti ( i. custodibus.) Plaut.  
Capt. sc. 2. a. 2. Inter Caianas custodias eos vidimus. Senec. cap. 11.  
de Tranq. Existi de custodia ( i. de morte.) Idem cap. 15. de  
Tranq. Unus è custodiarum agmine ( i. reorum.) Idem epist. 73.

— custodia muri

Submovet infestos, clausaque porta Getas.

Ovid. Eleg. ult. lib. 3. Trif. Custodiarum seriem recognoscere. Suet. in Calig. cap. 27. Pauci in custodiam conjecti. Liv. 4. d. 4. Item pro præsidis, & custodiis publicis: & custodias in ripis disponere, i. stationes, vel præsidia. Idem lib. 2. Custodias, stationesque equitum ( vias obsidentium ) vitare. Cæl. lib. 1. bell. civ. Item pro Tellitibus principis. Suet. in Cas. cap. 86. Custodias Hispanorum cum gladiis sectantium se removit. ¶ Sæpe etiam positum invenitur pro ipso loco, in quo quis custoditur, hoc est, pro ipso carcere. { ἡρτσαν  
ασχμορέθ. τὸ φιλακτήρεν. GALL. Le lieu où on est gardé & serré, comme une prison. ITAL. Guardia, prigione. GERM. Ein gefencknuß/  
das ort an welchem einer verhütet wird. HISP. Carcel o ceço, o corma.  
ANGL. A place to keep any thing in, as a prison. } Col. lib. 1. Nam illa solennia sunt omnibus circunspectis, ut ergastuli mancipia recognoscant, ut explorent diligenter vineta sint, an ipsæ sedes custodiarum satis tutæ munitæque sint. ¶ Quandoque etiam ponitur pro eo qui custodit. { φύλαξ. GALL. La garde. ITAL. Guardia, guardiano. GERM. Hüter oder wächter. HISP. Guardador, la guarda.  
ANGL. He that keepeth, the wæteth. } Tibullus.

Sed preiūm si grande feras, custodia vitta est.

¶ Quandoque pro eo, qui custoditur. { רִיחַן אָסֵר. אֲכָרְנָן φυλακῆ. GALL. Celuy qui est gardé, prisonnier. ITAL. Prigionero, guardato. GERM. Ein verhüter oder gesangner. HISP. Guardado, prisoneiro. } Suet. in Domit. Nec nisi secretò, atque solus plerisque custodias, receptis quidem in manu catenis audiebat. Et Digest. de custodia reorum, scribitur, Ne quis receptam custodiā sine causa dimittat. Et alibi. Et si custodia se interficerit, vel præcipitaverit, militis culpæ adscribitur. Senec. Quemadmodum eadem catena & custodiā & militem copulat. Servius: Nam ut hi, qui custodiuntur, custodia dicantur, usurpatum est, &c. ¶ Item, custodia idem significare videtur quod vincula: prior tamen vox non nisi publicam complectitur, posterior & publicam, & privatam, l. vincularum, de verbis signif. Magistratus autem ex qualibet levissima suspicione, eum quem nocentem arbitrabitur, in carcerem ducere potest. Bald. in l. nullus, C. de exhib. reis. ¶ Accipitur etiam custodia pro Carceri, in l. ad commentariensem, C. de custod. reor. quoniam in illum rei, non poenæ causa, sed custodiendi mittuntur. Sed & custodia non raro pro ipso in carcerem conjecto usurpatur, ut suprà dictum est.

¶ Custodiarij, qui à custodiis erant: Salmas. ||

Custoditè, adverbium. { προφύλαξθείως. GALL. Sagement, se donnant garde. ITAL. Sagacemente, con guardia. GERM. Behutsamlich. HISP. Con mucha guarda. ANGL. Vvise lie, and ware lie. } Plin. Epist. 11. Quam studiosè, quam intelligenter lectitabat! ut parcè, custoditèque ludebat.

Custoditum, quod cum custodia est. { προφύλαξθείων. ANGL. That is kept and saved. } Incustoditum, quod sine custodia est. αφύλαξθείων. Martial.

In custoditis & apertis Lesbia semper

Limitibus peccas.

Custodēlā, à veteribus custodia dicebatur. Festus.

Cutilia, agri Reatini lacus est, in quo sylvosa insula innat, quæ nunc quæ dic & nocte eodem permanet loco. Author Plin. lib. 2. cap. 95. & lib. 3. cap. 12.

Cv̄t̄s, Pellis, sive Corium. { γηγή κόρη. ζέψης, δίφυλλη. GALL. Peau. ITAL. Cotenna, pelle, cuojo. GERM. Ein haut oder fäll. HISP. Cuero, o pellejo fasil. ANGL. The skinne, tinne rinde. } || Græcis est venter cavus. Horatius,

In cuncta curanda plus aequo operata juventus.

Plin. 11. cap. 38. Ergo cutis ipsa sensu caret, maximè in capite: ubi cunque per se, ac sine carne est, vulnerata non coit, ut in bucca, ciliisque. Plancus ad Cic. lib. 10. Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris, quod prius nocere potest, quam sciri, curarique possit. Iuv. Satyr. 6.

Tres rugæ subeant, & se cutis arida laxet.

¶ Ad cutem usque radere, ἐγένετο εἰ τοῦ, dicebatur qui nimium exactè videbatur agere cum aliquo. ¶ Intus & in cute notus, est modis omnibus cognitus. Persius. ¶ Cutis arboris: Plin. lib. 12. cap. 19. Cassia tenui cute verius quam cortice. ¶ Cutis uvæ & cerasi. Idem lib. 15. cap. 28. Crustæ teguntur glandes, cute uvæ. Item, Cutis sententiarum. Gell. lib. 18. cap. 4. Non primam tantum cutem ac sententiarum speciem, sed sanguinem quoque ipsum ac medullam verborum Salustij eruere. Et Quintil. Summam cutem alicujus effingere.

Cuticulæ, diminutivum. { διπλάσιον. GALL. Petite peau. ITAL. Pello picciolo. GERM. Ein heutle oder fäll. HISP. Pequeno pellejo. ANGL. A little or thinne skinne. Iuv. Satyr. 11.

Nostra bibat vernum contracta cuticula solem.

Persius,

& assiduo curvata cuticula sole.

Cuticulæ, διπλάσιον: ut pori, id est, cuticulares meatus Plinio, invisibilia foramina Celso, caulæ Lucretio multis locis.

¶ Cutruncum, machinæ genus. L. g. b. ||

C Y

Cyalus, κύαλος, urbs Lydiæ à Jove condita: gentile Cyalius. Steph. Cyamæ, κύαμαι, gemma, quæ fracta, fabæ similitudinem præfert. Plin. lib. 37. cap. 11. Cyamea nigra est, sed fracta ex se fabæ similitudinem parit.

Cyamōs, κύαμος, herba est Ægypto peculiaris, latissimis foliis, quæ Colocasia dicitur, & Faba Alexandrina. Plin. lib. 21. cap. 15. In Ægypto nobilissima est colocasia, quam cyamon vocant aliqui. Vide plura in dictionibus Colocasia, & Cibotium.

Cyamus, κύαμος, faba, genus leguminis, à cuius esu Pythagoram re-

ligiosissimè ferunt abstinuisse.

Cyanc, κύανη. Nympha Sicula fuit, quæ in fontem sui nominis conserva fertur, eujus transformationem describit Ovid. lib. 5. Metam. Corripit autem hoc nomen tam penultimam, quam primam syllabam. Idem 9. ibid.

Inter Sicelides Cyane pulcherrima nymphas.

Et paulò post,

Venit & ad Cyanen.

Nimis fœdè itaque lapsi sunt, qui medium indifferentem esse affirmant, freti corrupta Ovid. autoritate lib. 9. Metam. ubi sic legunt: Cognita Cyane præstanti corpore nymphæ. Ibi enim germana lectio non habet Cyane, sed Cyanæ, per quatuor syllabas. Neque ibi Poëta de Cyane Siciliæ nymphæ loquitur, sed de Cyanæ Mæandri fluminis filia, quæ à Mileto compressa Caunum & Byblida genuit. ¶ Fuit præterea Cyane quædam puella Syracusana, quæ à patre in tenebris vim passa, cum postea ex anulo cognitum capillis ad aram pertraxit, illumque primum, deinde scipiam interfecit. Vide latius paulò post in dictione Cyanippus.

Cyanc, κύανη, oppidum est Lyciæ, apud Plin. lib. 5. cap. 27. ¶ Est item Cyane fontis nomen in agro Syracusano, in quem poëta fabulantur ejusdem nominis nympham fuisse commutatam, quum Plutoni Proserpinam rapienti oblistere conaretur. Hic Anapo mistus, juxta Ortigiam Insulam in mare illabitur. Ovid. 3. de Ponto.

Quaque suis Cyanen miscet Anapus aquis.

Cyancæ, κύαναι, sive Cyanæ, insulæ, seu magis scopuli sub Thracio Bosphoro modico spatio inter se distantes. { GERM. Zwo kleine Inselen vnderhalb dem engen meerschlund in Thracien/ iez Pavonare genant. } Unde factus est locus Poëtarum fabulæ, quæ Cyanæas inter se concurrere tradiderunt, quod ex adverso intrantibus geminæ cernebantur: nave vero paululum in alterum latus deflexa, una tantum videbatur. Multa de his insulis mentio est apud Valer. lib. 4. Argonaut. à quo modò Cyanææ, modò etiam Symplegades appellantur. Cyanææ, κύαναι, per quatuor syllabas, Mæandri Phrygii fluminis filia fuisse fertur, quæ à Mileto compressa Caunum & Byblida genuit. Ovid. lib. 9. Metam.

Hic tibi, dum sequitur patria curvamina ripsa,

Filia Mæandri toties redeuntis eodem

Cognita Cyanæe præstanti corpore nymphæ,

Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam.

Producit autem hæc dictio primam syllabam & ultimam, duas autem medias corripit, ut conficiat choriam: Cyane vero, pro Siciliæ nymphæ, tres tantum habet syllabas, quatum ultima longa est, duæ priores corripiuntur, ut sit anapæstus. Quod ideo admonemus visum est, quod non paucos etiam nominis magni viros hic in errorem videamus impegnisse.

Cyanippus, κύανης, Syracusanus fuit, qui quum Bacchi Orgia contemneret, ab irato deo tanta perfusus est ebrietate, ut filiae Cyanææ in tenebris, quamvis reluctanti, vitium intulerit. Filia vero, cognito ex anulo, quem violatori detraxerat, patente, tunc quidem ut potuit, dolorem dissimulavit: Postea autem ingenti exorta pestilenta, quum ab Apolline remedium promitteret, si ab authore flagitii poenas sumerent, admirantibus omnibus quodnam esset tantum scelus, quod etiam superis curæ esset authoris morte expiatum: conscientia rerum Cyanæe arreptum capillis patrem ad aram pertraxit, eoque primum mactato, sibi quoque manus intulit. Author Plut. in Parallelis.

Cyano, κύανος. Fluvius est Colchidis, qui juxta Æam oppidum in Phasim influit. Author Plin. lib. 6. cap. 4.

CYANVS, κύανος, sive κύανης, authore Plin. lib. 37. cap. 9. Gemma est ex jaspidum genere, colore cæruleo. Unde quibusdam eadem esse creditur, quæ hodie à Gallis une Turquoise, ab Italibus Turchina vocatur: à Germanis Ein türkis, ab Hispanis Turquesa. Alii hoc nomine Lasuli lapidem malunt significare, qui conatus in pulverem præstantissimum pictoribus cærulei coloris genus suppeditat. Quorum opinio idcirco mihi verisimilior viderit, quod Plinius loco iam citato prodiderit, cyanum saepe auro pulvrisculo intermicare, quod in lasuli lapide frequenter usuvenit, ut qui ferè in aurifodinis inventi: in ea vero gemma, quam vulgus Turchinam vocat (nos Eratum esse credimus) id nunquam compertum est.

Cyaneus, adjetivum, idem significans quod cæruleus, quod scilicet cyani gemmæ colorem refert. { κύανης. GALL. Turquin, de couleur perse ou bleue. ITAL. Turchino. GERM. Blau wie ein türkis. HIS. De color de turquesa, turquesado. ANGL. Brighblewe. } Varro, Cyanea penuli amictus grassatur. Cyanos etiam flos est cærulei coloris in segregibus nascens, quem Galli, teste Ruellio, Plaveolum appellant. Plin. lib. 31. cap. 11. In Italia violis succedit rosa, huic interuenit lilyum, rosam cyanus excipit, cyanum amaranthus.

Cyaxares, κύαξας, Phraotis regis Persarum & Medorum filius, cui successit in regno. Hic primus Asia populos in provincias distinxit, primusque in suum quoque ordinem distribuit, hastatos, sagittarios, equites, quum prius omnia promiscua essent atque implicita. Hic & cum Lydis signa contulit, & omnem trans Halym flumen, Asiam sibi subiecit. Mortuus est quadragesimo impetii sui anno. Ejusque filius Astyades in ejus locum suffectus est. Author Herod. lib. 1. Cyarda, κύαρδα, urbs Catiae, à Cyardo rege Catum, Bargasi filio: ut author est Steph.

CYATHVS, { κύαθης. GALL. Un petit vaisseau à boire, comme un gobelet. ITAL. Bichiere. GERM. Ein becher. HIS. Vaso pequeño para bever. ANGL. A cuppe, a goblet. } Calicis genus, à γάντα, quod est fundere, dictum, mutatione litteræ aspiratae in teriuem. Successit autem in simpuli locuta in conviviis, ut docet Varro. Plinius, Portu vero aqua pluvialis decocta, sed quæ per binos ternos ve cyathos bibatur. Juvenal. Satyr. 5.

Cardiaco nunquam cyathum missurus amico.

Nihil etiamdum harpagavit præter cyathum & canthartam. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 4. Inde translatus est ad mensuram, quorum duodecimi sextarium complent. Ad cyathum stare, vel à cyathis esse, κύαθης, dicebatur εἰσεχές, qui potus mensuram Cyathis ( id quod antiqui solebant )

solebant) metiebatur. Apuleius pocillatorem dixit, alii pincernam. Plin. lib. 22. scribit Cyathum per se pendere drachmas decem. Cyatho non emam, proverbialiter dictum à milite apud Plaut. in Pænulo, ubi sic ait: Proh nebulæ, cuius ego cyatho septem noctes non emam. Loquitur de muliere fastidiosa, sed non perinde formosa: cyathum dixit pro minimo pretio miles, cui res erat cum cyathis. Cyathus minimum erat poculum, crater amplius. Erat etiam cyathus quoddam mensuræ genus, quo cibaria gallinis dati solebant. Colum. lib. 8. cap. 4. ¶ Cyathus etiam fluvii nomen est in Ætolia, ad Arsinoën, apud Polyb. ut notat Cæl. Rhodig. antiqu. leet. lit. 15. Cyathisso, as: Potum subministro. { κυαθιζω. GALL. Verser à boire dans un gobelet. ITAL. Poyger da bere. GERM. Auf einem becher zu treincken biethen/oder einschencken. HISP. Dar à bever. ANGL. To porore drink out in to a goblet. } Plautus, Non scis quis ego sim, qui tibi sæpiissimè cyathisso, apud nos quando potas.

Cybælæ, ancilla fuit pauperis cuiusdam symili, cuius paupertatem describit Virg. in Moreto.

Eruit interea Cybale quoque sedula panem.

Cybassus, κυβασσος, urbs Cariae, ubi Chassus, de qua supra. Steph. Cybea, genus navis oncariaræ. Cic. 7. Verr. Navem verò cybæam maximam, tricremis instar, &c. tibi datam donatamque esse dico. Paulò post: Postremò tu tibi hoc nunquam criminosum, nunquam invidiōsum fore putasti, celebrissimo loco palam tibi adificari onerariam navem in ea provincia, quam tu cum imperio obtinebas? Ibid. Reprimebat enim tibi & imperiandi vim, & rogandi conatum præclara illa non pop. Roñ. redditâ bitemis, sed prætori donata cybea.

Cybælæ, es: (nam, ut docet Servius, anapætus est in dictione Cybele) κυβελη. Fuit uxor Saturni, ita dicta à Cybelo Phrygiæ monte, tenui oppido, ubi ejus sacra primò sunt instituta. { GERM. Die fraro Saturni ein muter der Götern. } Scribit Festus Cybelem à nonnullis ideo appellatam, quia ageret homines in furorem: quippe Græci κυβελη, in caput saltare dicunt, qua voce utitur etiam Homer. 16. Iliad. Sacerdotum autem Cybeles proprium erat caput rotare. Suidas scribit Rheam quoque vocati, & montanam esse deam: ideo vehi leonum jugo. Cynædi ei sacri sunt. Hæc primùm Ops & Terra dicta fuit, quod sit dea telluris, quæ & Vesta dicitur: propter quod curru vehi à poëtis singitur, quia terra pendet in aëre: & rotis sustineri, quia rotatur semper & volvit mundus. Mater deum, quia omnia gignit. ¶ Diodorus lib. 4. cap. 5. cui assentitur Eusebius de preparatione Evang, id è Cybelem matrem omnium dictam tradit, quod cùm esset medicinæ perita, puerorum morbis remedia adinvenit, quamobrem & Ophæus de ea sic ait, μήπερ μέτρη τε θεού οὐδὲ θεάτρων. Et mater Phrygia, à monte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma vocant. In eo sacra sibi per Corybantes instituit, à quo Dindyme, & Dindymene à nonnullis vocatur. Item Berecynzia, à monte Phrygiæ, qui βερεκυντος appellatur. Et Pales, quod sit pabulorum dea: Rhea, δίαις πίνει, fluo, quod terra affluens sit omnium rerum. Idxa & Phrygia, & Pessinuntia à Pessinunte Phrygiæ emprio. Claudian.

Turrigeramque petit Cybelem.

Martial.

Et Cybeles pīto flat Corybante tholus.

Ex Apulii sententia eadem erat dea Cybele, Bellona, & Isis. Cybele locus Phrygiæ, unde Dea dicitur. Ovid. 4. Fast.

Inter, ait, viridem Cybelen, altasque Celanas.

¶ Quandoque tamen metri gratiâ scribitur per duplex II, & fit Cybelle: ut sit Bacchius pes, ex prima brevi, & duabus longis. Propertius.

Vertice turrigeru juxta dea magna Cybelle.

Lucan. lib. 2.

Et lotam parvo revocant Almone Cybellen.

Cybelea, κυβελαι, urbs Ioniæ, teste Steph. Herod. Cybelen, κυβελη, Phœnicia civitatem esse scribit. Et Cybella, κυβελη, Phrygiæ, & Cybellon, κυβελος, templum, à quo Rhea Cybele dicitur: & κυβεληνος κυβελη. Steph.

Cybelus, mons Phrygiæ.

Cybelea, κυβελαι, urbs Ioniæ, teste Steph.

Cybelia, pro Cybele. Ovid. 4. Fast.

Cybira, κυβηρα, oppidum est Lycaonia, non procul à Meandro fluvio. Cic. 5. in Verr. Hosce opinor Cybiræ, quum in suspicionem venient civibus, famam expilasse Apollinis. Et paulò post, Cybiram cum inanibus syngraphis venerat.

Cybitates, vel Cybitata, nomen gentile. Cic. 5. in Verr. Eò quum venio Prætor quiescebat, fratres illi Cybitata inambulabant.

Cybitatus, a, um: possessivum. Cic. 6. in Verr. Immittebantur illiciò Cybitatici illi canes, qui investigabant ac perscrutabantur omnia.

¶ Sunt qui scribant Cibyra, transpositis vocalibus.

¶ Cybista, sive Cybistra, orum, primùm A. postea M. sub P. Constantinopolitano. ||

Cybistæ, κυβιστæ, Urinatores dici possunt, qui aquarum gurgites subeunt. { ANGL. Dorkers. } Quo nomine saltatores quidam appellati sunt, qui in caput convolvi manibus pedibuscque adductis dicerant, à cubo, id est, tessera, verbo deducto, qui quum in alveolum jacitur, hoc modo convolvitur. Unde,

Cybistæ, neutri generis, illud genus saltationis & exercitii dicitur, à Luciano in cap. de gymnasii. Bud. in Annot.

Cybium κυβηρα, piscis genus, quod ita sciissum est, ut medium æquè pateat in omnes partes, ad similitudinem tessellarum. Plin. lib. 52.

Cybium est concisa pelami.

Martial. lib. 15.

Divisis cybium latebat ovis.

Idem lib. 11.

Et cundam cybii, brevesque Mandæ.

Et paulò post,

Et duo frusta rogar cybii, tenuémve lacertum.

¶ Cybium scribit Bud. etiam appellari illud vas à Græcis quod Latini quadrantal appellabant. Dictum ea ratione, quæ superius posita est in Cybio pisce.

Cybus, κυβηρα. Urbs Ionum in Libya Phœnicum: vide Stephanum. Inde Cybites. Stephanus.

Cycon, mixta est & confusa liquorum potio.

Cyctamus, sive Cynchramus, κυκταμος, vel κυκταμος Aristoteli hist. lib. 8. cap. 12. alii legunt κυκταμος, apud Hæychium κυκταμος, Gallis Trachet. Est enim ejus speciei avis, quæ discedentibus coturnicibus ducem se præbet, ut Glottis, Ortygometra, & Otis. Plin. lib. 8. cap. 23. de Coturnicibus. Semper hinc remeantes comitum sollicitant, abeuntque una perfusa Glottis, & Otis, & Cyctamus. Cyctamus perseverant festinat etiam pervenire ad expertas sibi terras. Itaque noctu is eas excitat, admonetque itineris.

Cycreus, κυκρεος, Neptuni & Salaminis filius, qui ob morum asperitatem èq; hoc est serpens, cognominatus est. Hunc. Eurylochus, quum insulam vastaret, expulit. Suscepit autem eum Ceres in Eleusine, subiungue fecit sacerdotem. Ab hujs etiam nomine Salamis insula aliquandiu Cycrea appellata est. Vide Steph.

Cyclades, κυκλαδες. Insulæ sunt maris Ægæi, teste Strab. lib. 10. circa Delum in orbem sitæ: unde & nomen acceperunt. Ovid. 11. Trist.

— Cycladas Ægæas obſtupuisse reor.

Alii dicunt vocari Cyclades, non quia in rotunditatem sitæ sunt, sed quod longo ordine eas circuite necesse sit propter promontoria. Unde & Virg. dixit 3. Æneid.

— sparsasque per aquor Cycladas.

Sunt autem numero quinquaginta tres. Advertendum obiter & modum esse veteribus authoribus, ut quæ sint Sporades, Cyclades etiam vocent, contrâque Hermolaõ teste. Cycladarum meminit Plin. catiungue nomina persequitur cap. 12. lib. 4. & item Pomp. lib. 2. Varro lib. 10.

Cyclaminus, fæm. gen. & cyclaminum neutrius, { κυκλαμινος. GALL. Pain de porceau. ITAL. Pan porcino, ciclamino. GERM. Erdtscheib. HISP. Pan de puerco. } Herba est, quam nostræ atq; rusticæ panem porcinum vocant, quod ejus pabulum porcis in primis jucundum esse, bubuli experiantur. De hac Plin. lib. 12. cap. 9. In vepribus, inquit, nascitur cyclaminum, de quo plura alias. Flos ejus colosinus in coronas admittitur.

CYCLAS, adis. { ΚΥΚΛΑΣ mahataphah. κυκλας. ANGL. A kirtle. } Vestis fæminea rotunda. Nam Græci, κυκλος, circulum, & κυκλας, circundo dicunt. Juvenal. Satyr. 6.

Hæ sunt, que tenui sudant in cyclade.

Propert.

— cyclade longa Verrit humum.

Videtur autem esse vestis tenuissima, explicatilis & speciosa, qualem solent hodie Romanæ, Florentinæ, ac Senenses mulieres in Italia gestare.

Cycladæ: Cyclade veste indutus. Suet. in Calig. cap. 52. Armillatus in publicum processit, aliquando sericatus, cycladatus.

Cycli, κυκλοι, quasi circuli: Loca erant Athenis, ubi mancipia vénabant. { GERM. Laufsheisser zu Athen in welchen man aigene feit hat. } Id autem nomen est tractum à circulati circumstentia vendendorum. Cyclos enim totundum significat. Quare Menander ait, Itaque ego mihi video per deos immortales videre me ipsum indutum currere circum, ac vénire.

¶ Cyclicus scriptor, qui κυκλος, scribit, poëma quod prolixo ordine recto tractu totam rem exequitur: κυκλος dicitur à Græcis, id est, orbis. Scal. castig. in Catull. ||

Cycloborus, fluvius quidam Atticæ, ingenti stipe tenuissima defluens. Unde pro: vob, Cycloboris vox, κυκλωσός φαν, de clamoris & vehementer obstreperis dicebatur, aut quibus vox esset vitiosa, raucaque.

CYCLOPS, κυκλωπis, Gygantes, seu populi antiquissimi in Sicilia juxta Etnam, uno oculo in fronte, qui omnium primi æris fabricam invenisse traduntur. { GERM. Ein däugige Nysen bey dem berg Aetna in Sicilia so das schmidweck sollen erfunden haben. } Hinc factus est locus fabula, ut Vulcani ministri dicantur, & Jovi fulmina fabricare. Inter eos præcipue celebrantur à poëtis Brontes, Steropes, & Pyramon. Virg. lib. 8. Æneid.

Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,

Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyramon, &c.

Dicti autem putantur Cyclopes, ab eo quod oculum unum orbicularem in fronte haberent: κυκλος enim circulum significat, ψ lumen, sive oculum. ¶ Cyclopis donum, κυκλωπος δωρεα, pro eo quod est, munus inutile. Lucianus ev. καταδωρω.

Cyclopæus, adjetivum, κυκλωπευς, ut tela Cyclopea, id est, fulmina. Claudian. lib. 1. de rapt. Proserp. ¶ Cyclopea vita, κυκλωπευς ειρ., pro vita vehementer effera ac barbara, quæ neque legibus, neque disciplina civili constet, neque religione Deorum gubernetur.

Cycnus, vide Cygnus.

Cydas, κυδας, proprium viri Cretensis, de quo sic Cic. Philip. 5. scribit: Antesignanos, inquit, & manipulares & alaudas judices se constituisse dicebat: ille legit aleatores, legit exules, legit Græcos. O consilium judicium præclarum! ô dignitatem concilii admirandam! paver animus apud concilium illud pro reo dicere, Cydam Cretensem, portentum insulæ, hominem audacissimum & perditissimum: sed fac ita non esse, quum Latinæ scit: num ex judicium generæ & forma? num leges nostras inoresve novit: num denique homines? est enim vobis Creta notior, quam Roma Cyda. Hæc Cicero.

Cydathenæum, κυδαθηναι. Vicus in Pandionide tribu, patria Democharis Comici, Steph.

Cydias, κυδας. Pictor. Argonautas pinxit: quam tabulam clxv. talensis Hortensius orator mercatus est, eique ædem in Tusculano suo fecit: emicuit Olympiade cxiv. Plin. lib. 35.

Cydippæ, κυδηπη. Puella quædam pomo decepta ab Acontio, ut superius traditum. Ovid.

Littera Cydippon pomo prælata fefellit:

Inclaque est verbis capra puella suis.

Est etiam nomen nymphæ apud Maronem lib. 4. Georg.

Cydna, κυδη, olim dicta fuit Macedoniacæ civitas, quæ postea corrupto nomine Pydna appellata est. Author Steph.

Cydrus, κυδη, Ciliciæ fluvius, non spatio aquarum, sed liquore membrabilis;

memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens puto solo excipitur, nec torrentes incurunt. Hujus meminit Justin. lib. II. Tibus. lib. I.

*At te Cydne canam, tacitis qui leniter undis  
Carulos placidis per vadā serpis aquis.*

Solinus scribit amnem à candore, Syrotum lingua nomen sortitum. Vitruv. lib. 8. cap. 3. Cydni aquas podagra laborantibus apprimè salubres esse, cruribus in eis mersis: de cuius rei experientia Cassii Parmensis poëta ad M. Antonium epistola extitit, ut Plin. lib. 13. adnotavit. Constat Apollonium aliquando per epistolam Tarsenses suggestasse, quod circa Cydni aquas oriantes, tanquam fluviales aves federent, quietæ aquæ pulchritudine quasi cibti facti, ut Philostratus scribit lib. I. de ejus vita.

Cydnus, fluvius amenus & saluber, ex Tauro monte oriens, ut inquit Strabo: Tarsum urbem dividit, à candido colore nomen habens: Syri enim quicquid candidum est, Cydnus vocant. Priscian.

*Flexilis & Cydnus dirimit qui flumine Tarson.*

Cydonia, κυδωνία. Insula est ante Lesbon, dicente Plin. lib. 2. cap. 103. In Cydonia (inquit) ante Lesbon fons est calidus. Vere tantum fluit. CYDON, κύδων. Insigne Cretæ oppidum, à quo Cydonius, a, um: Ovid. 2. Metam.

*(Cydonia) fundebat spicula cornu.*

Virg. Eclog. 10.

*Ire libet Partho torquere Cydonia cornu  
Spicula.*

Malum Cydonium, quod Cato primus omnium Cotoneum appellavit. Plin. lib. 15. cap. 11. His proxima amplitudine mala, quæ vocamus Cotonea, & Græci Cydonia, ex Creta insula advepta. Serenus,

*Aut qua poma Cydon Cretæ misis ab oris.*

¶ Est item viri proprium apud Virg. 10. Aeneid.

*Dum sequeris Clytium infelix nova gaudia Cydon.*

Quem in locum Servius annotavit nomen hoc, quum viri proprium est, priorem producere: candemque corripere quando est gentile. Idem 12. Aeneid.

*Parthus, sive Cydon telum immedicable torcit.*

κυδωνίς, Steph. urbs Cretæ, Apollonia prius dicta, à Cydone Apollinis filio, & Achallidis filiæ Minois. Alia est Siciliæ, tertia Libyæ: civis, Cydoniates, Cydon, Cydonius. ¶ Fuit & Cydon Corinthius quispiam adeò insignis hospitalitate, ut etiam proverbio locum fecerit. Αέτισσα κύδωνος: id est, Semper aliquis in Cydonis domo.

Cydona, Cydonicus, & fœm. gen. Cydonis.

Cydonitem appellat Palladius cibum ex cydoniis decoctis, & melle confectum: Cotoneatum vulgo dicitur, { GERM. Quittenmüs/ oder quittenlatzgen. }

Cydones, dicuntur urbis hujus incolæ, sagittandi peritiæ insignes.

Cydra, κύδρα, urbs Bytarum in Thessalia, ut videtur, alias Cydræ. Strab. lib. 7. Stephanus.

CYGNVS, vel potius Cycnus. { κύκνος. GALL. Cygne. ITAL. Cygno. GERM. Ein schwan. HISP. Cisne, ave. ANGL. A swanne. } Latinè olor, avis candida, ansere major, argutam vocem habens, præsertim imminentे jam morte, tunc enim doloris magnitudine in querelam fertur etrumpere, & sibi adhuc vivæ lugubre carmen canere. Cic. I. Tusc. Itaque commemorantur cygni, qui non sine causa Apollini dicati sunt: sed quod ab eo divinationem habere videantur, qua prævidentes quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriantur. Martial. lib. 13.

*Dulcia defecta modulatur carmina lingua*

*Cantator cygnus funeris ipse fuit.*

Rauci cygni. Virg. 11. Aeneid.

*Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.*

Cygnus prognatum patre tremulum barbatum. Plaut. Men. sc. 2. a. 1. Cygni periphrasis, Caystrinus ales. Ovid. Eleg. 2. lib. 5. Trist. ¶ Tunc canent cygni, quum tacebunt graculi. τότε ἀρνηται κύκνοι ἐγενήθησαν. Hoc est, tum loquentur eruditæ, quum garrulis non erit loquendi locus. Aut, inter garrulos & obstrepertos non est eruditæ dicendi locus. Greg. in Epist. ¶ Fuit etiam Cygnus (ut poëta fabulantur) Ligurum dux, Phæthonis amator, qui post illius interitum diutino fletu in hanc alitem mutatus esse fertur. Hujus filium Cupavonem, Virg. lib. 10. dicit habere cygni pennas in galea ad formæ paternæ insigne monstrandum.

*Non ego te Ligurum duxtor fortissime bello.*

*Transferim Cygne, & paucis comitate Cupavo,*

*Cuius oloride surgunt de vertice penna.*

¶ Fuit & Alius Cygnus Neptuni filius, omni ex parte invulnerabilis, cum quo Achilles Troiani belli tempore congressus, quum frustrè eum jaculis appetisset, tandem te intellecta, humi eum prostravit, genibusque collo innixus, animam eripuit: quumque cadaver spoliare vellet, arma vacua invenit, Cygnusque in avem sui nominis vides commutatum. Vide Ovid. 13. Metamorph. ¶ Fuit insuper Cygnus filius Martis. Hesiodus in Aspide.

Cygnetus, a, um, media producta. { κύκνος. ANGL. Of a swanne. } Ut vox cygnea, quæ est cygni. ¶ Cygnea cantio. κύκνεος ὄφη. Convenit in eos qui supremo vita tempore facundè differunt, aut extrema senecta suaviloquentius scribunt. Cic. de Orat. Illa tanquam cygnea fuit divini hominis vox & oratio, quam quasi expectantes, post ejus interitum veniebamus in curiam, ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institueret, contueremur. ¶ Quandoque cygnus significat candidus. Ovid. Eleg. 8. lib. 4. Trist.

*Iam mea cygneas imitantur tempora plumas.*

Cylbiani montes, κυλβιανοὶ ὄγη. Majores Phrygiae colles sunt, ex quibus Cayster fluvius profluit. Author Plin. lib. 5. cap. 28.

CYLINDRVS, omne quod volubile est, qualis columnæ, teretes. { יְלִינְדָּרָן eben hazzheleth. κύλινδρος. GALL. Cylindre, qui est une pierre longue & ronde qu'on rouloit sur la terre pour l'aplanir, assée à faire rouler. ITAL. Pietra longa è ronda. GERM. Ein walstein/ein langelechter stein allenthalben umb/ als ein saul. HISP. Cosa rolliza en largo. ANGL. A long round stone to break cloddes called a roller. } Columnula lapidea rotatilis, qua se iusticæ scriptores arcem æquari jubent. Virg. 2. Georg.

Area tum primùm ingenti est aquanda cylindro. Cato de re rust. cap. 129. Aream ubi frumentum teratur, sic facies: confodiatur minuta terra, amurea bene conspergatur, ut combibat plurimam: ubi bene communata terra fuerit, cylindro, aut pavicula coquato. Tractum nomen δέσις & κύλινδρος, id est, à volvendo. Nęque verò solū de hoc rusticō instrumento cylindrus dicitur, verū etiam de omnibus rebus illis, quæ figuram habent absolutè teretes, ita ut facilè volvi possint. Cic. de Fato. Sed revertitur ad cylindrum & turbinem suum, quæ moveri incipere, nisi pulsæ, non possunt. Id autem quum accedit suapte natura, quod supereft, & cylindrum volvi, & versati turbinem putat. De cylindri & Sphæræ proportione Plutarch. in Marc. ¶ In gemmarum quoque generibus cylindri dicuntur teretes, & columelle formam imitantes, quos mulieres ex auribus solent suspendere. Juvenal. Satyr. 2.

*— donant arcana cylindros.*

Plinius lib. 4. cap. 5. de beryllis loquens: Ideo cylindros quidam ex his facere malunt, quām gemmas, quoniam est summa commendatio in longitudine. Ex quibus verbis colligitur, cylindros oblongos esse, gemmas verò quadratas, angulosas, aut rotundas. Solin. similiter scribit, Indicos reges gemmas in longissimos cylindros fingere consueverunt.

Cylindræcūs, a, um, quod habet formam cylindri. { κύλινδρος. GALL. Long & rond en façon d'une cylindre. ITAL. Longo & rondo à foggia di cilindro. GERM. Das also in die lange umb sich rund ist. HISP. Largo y rollizo en manera de cilindro. ANGL. Long and round lik roller. } Plinius scribit, siliquas pisi, quod genus leguminis est, cylindraceas esse. Anaximander item dixit terram esse formæ cylindraceæ.

Cylindrites, κύλινδροι. Lapis est oblongus & tenuis, ex genere pyritarum, colorē artis referens, ita dictus, quod cylindri figuram habeat. Cyllarūs, κύλλαρος, nomen unius ex Centauris. Fuit etiam hoc nomine equus Pollucis, secundum Virg. 3. Georg.

Talis Amielai dominus Pollucis habenit

*Cyllarus, & quorum Graii meminere poëta.*

Atqui Caius equorum dominor fuit: sed fratrem pro fratre posuit, poetica licentia: ut, Quas illi Philomela dapes, pro Progne. Item, Revocato à sanguine Teucri, pro Dardano. Hæc Servius.

Cylleborus, Stheleni filius, qui vigente bello Trojano cum Ægiale Diomedis uxore consuetudinem habuit. Servius.

Cyllene, κύλλην. Mons Arcadiæ, in quo Maia à Jove compressa, Mercurium peperit, ut author est Virg. lib. 8. Aeneid.

*Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia*

*Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.*

Hinc Cyllenis, idos, patronymicum. Cylleniūs, & per duplex II, κύλληνος, Mercurius dicitur. { GERM. Ein junam Mercurii. } sive quod omnem rem sermone sine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui carent, κύλλοι vocantur: sive quod in Cyllene via, aut certè à Cyllene Nymphæ fuerit educatus: sive quod in Cyllene Arcadiæ monte fuerit genitus: quam opinionem ipse etiam Virgilii sequitur lib. 8. Aeneid, cujus verba citavimus paulò antè in dictione Cyllene. Lucan. lib. 1.

Motuque celere Cyllenus haret.

Est quoque per matrem Cyllenus altera nobis Addita nobilitas Ovid. 13. Metam. || Cylli, qui carent manibus. Cerda ad 4. Virg. || Cylico, nis, videtur idem significare quod mutulus, debilis, & cui etas- sa sunt genitalia: quod genus hominum etiam Græci, κύλλος vo- cantr. Cic. in Salust. Quicquid impudicorum, cyllonum, patrici- datum, sacrilegorum debitorum fuit in urbe, municipiis, coloniis, Italia tota, &c.,

Cyonius, a, um. Cylonium scelus, de quo Plutarch. in Solon.

Cymæ, κύμαι. GALL. La cyme ou le tendron des choux, ou telles herbes. ITAL. Cima. GERM. Ein kemele/das zart stängelt an den haarrwachsenden freutern. HISP. Cima è el breton redrojo de la verfa. ANGL. The shoothe and little coyes of colewortes of such lick heares. } Tenerior delicioraque, cum aliarum herbatum, tum præcipue brassicae caulinus, qui in prima germinatione in summa stirpe provenit. Nam quum vernum tempus appetit, primo quoque foliorum pullulu, præclusis adhuc florum calycibus, quidam quasi turiones in herbis enascuntur, in quibus floris primùm, mox & seminis factus concluditur. Plin. lib. 19. cap. 8. Cymæ brassica à prima sectione præstat proximo vere. Hic est quidam ipsorum caulinum delicior teneriorque caulinus, & picci luxuria, & per eum Druso Cæsar fa- stiditus, non sine castigatione Tyberii patris. Et deinde, Post cymæ ex eadem brassica contingunt astivi, autumnalesque caulinus, mox hyberni, iterumque cymæ nullo æquè genere multifero. Idem lib. 20. cap. 9. Ex omnibus brassicæ generibus suavissima est cymæ; et si inutilis habetur, difficilis in coquendo, & tenibus contraria. Quo in loco nonnulli perpetam existimarunt, cymæ nomine à Plinio peculiare brassicæ quoddam genus intelligi. Neque enim hoc sentit Plinius, ex multis brassicæ generibus cæteris suavitate præstat illud, quod cymam vocant: sed hoc potius, in omnibus brassicæ generibus partem plantæ totius suavissimam est cymæ. Cels. Mali est succi brassica, magisque etiam cymæ ejus. Colum. Major pars ejus brassica in cymam proflit. ¶ Pro eodem etiam dicimus Cymæ, cymatis. Idem lib. 10.

*Frigoribus casules, & veri cymata mittit.*

Cymæ, κύμαι, & y, more Latinorum in u, mutata, Cumæ: oppidum est Æolidis, de quo vide paulò antè copiosius in dictione Cumæ.

Cymatillis, κύματα, vestis dicitur quæ undatum colore refert, ab undis, & fluctibus dicta, quæ κύματα à Græcis nominatur. { ANGL. Dark blythe. } Colorem hunc κύματα designat Ovid. lib. 3. de Arte.

Hinc undas imitatur: habet quoque nomen ab undis.

Videtur itaque color hic cæruleus esse, aut certè cæruleo proximus.

¶ Sunt tamen qui cymatiles vestem esse putant, quā nos undulatam vocamus, quod undis quibusdam sit variegata. Si tamen Ovidii locū proprius inspicias, facilè deprehendes eum, loco jam citato, de certo coloris genere sentite, qui & Theſſalicus dicitur, non de textura rati- gatione, quæ crispidudine quadam undatum similitudinem referat

|| Cymæ

¶ Cymatium. *Vitruv. lib. 4. cap. 6.* Cymatium facieatum est antepag-  
menti parte sexta. Hadr. Jun. Cymatium, unda, lysis, quod  
sit sinuosa in modum undæ, némpe sima, recta, aut invertita, quæ co-  
ronæ imponi solet, undamque imitatur in præceps ruituram. ¶

Cymosus, a. um. Adjectivum, κυμοτάχης. *Colum. lib. 10.*

*Quæ duri præbent cymosa stirpe Sabelli.*

**CYMBĀ**, genus navis pescatoria. { תְּרֵבָה בָּתָרָהּ. παρθενία, κύμη. GALL. Nacelle de pêcheur, où à pêcher. un bâche ou basteau. ITAL. Barca. GERM. Ein schifflein / roedling. HISP. Barca de pescador. ANGL. A boate. } *Cic. 1. Offic.* Oppiparè à Pythio apparatu convivium, cymbarum ante hortulos multitudine, pro se quisque quod ceperat afferebat. ¶ Est item cymba; portitorum navicula, quæ amnes, aut lacus trajiciuntur: unde etiam Poëtæ Charonti cymbam assignarunt. *Virg. 6. Æneid.*

— getnuit sub pondere cymba.

Juvenalis.

*Atque una transire vadum tot millia cymba.*

Unde locus factus proverbio, Alterum pedem in cymba Charonthis habere, & in pœna nœda ea nō posse uincere. De extremæ decrepitæque senectæ hominibus dicitur, qui etiam vulgo dicuntur alteram pedem in sepulchro habere. *Lucianus in Apologia.*

Cymbulæ, æ, diminut. { κύμβην τὸ μικρὸν σαφῖδον. GALL. Petite nacelle, un esquif. ITAL. Picciola navicella. GERM. Ein klein schifflein. HISP. Pequeña barca. ANGL. A little boate. } *Plin. in Epist.* Sæpe majores minoribus, velut cymbulae onerariis adhærescant.

**CYMBALUM.** { τύμπανον τσιλσάλ. πομπαῖον. GALL. Cymbale, ou cymbales. ITAL. Cembalo. GERM. Ein cymbel oder schalle. HISP. Pandero. ANGL. A musick instrument, à cymbal. } Instrumentum musicum, quod in sacris Matriis deum cum tympanis habebatur. Cymbalis adjuvare modulationem Rhetorum cantantium. Quintil. legendus & Martial. *epigr. 204. lib. 14.* Cicer. *In Pison.* Quos neque hercule ego, neque supercilium tuum, neque collegæ tui cymbala, ac crotale fugi. Plin. major in *præfat. ad Imp. Vesp.* refert, Apionem Grammaticum à Tyberio Cymbalum mundi consueta vocari, ob nominis, ut opinor, celebritatem: Quum publicæ, inquit, famæ tympanum potius videri posset. Is Apion siebat, eos ab se donari immortalitate, ad quos aliqua componebat. Huc Tyberius alludens, appellabat illum cymbalum mundi: quod hominem honesta fama donaret, quæ per universum mundum amabiliter resonaret. Plinius autem ob arrogantiæ, mavult illum appellari Tympanum publicæ famæ: quod vanam daret potius quam honestam famam. Nam resonat & tympanum, sed inameno strepitum.

Cymbalissaræ, cymbala quateræ. { κυμβαλίσσαι. GALL. Tober des cymbales. ITAL. Giovocare con cembali. GERM. Mit den schälen Klingen. HISP. Tañer el pandero. ANGL. To playe on the cymballes. } *Cassius Hemina lib. 4.* Mulier cantabat tibiis Phrygiis, & altera cymbalistabar.

Cymbalistæ, { κυμβαλιστæ. GALL. Qui joue des cymbales. ITAL. Chi givoca de cembali. GERM. Ein schälenlinger. HISP. El que tañe el pandero. ANGL. A player on the cymballes. } Qui pulsat cymbala: sicut tympanistæ, qui tympana pulsant. *Apul. de Deo Socratis.* Barbaro autem strepitum cymbalistatum, & tympanistarum, & choraularum.

Cymbium. { κύμπειον. GALL. Un certain Vaisséau à boire, une tasse en façons de petite nacelle. ITAL. Vaso da bere à foggia di nave. GERM. Ein trinkgeschirr in der form eines schiffins. HISP. Un vaso para bever. ANGL. A drinking piece holow lik a boate. } Poculi genus est oblongum & angustum, teste Didymo, simile navigio quod κύμπειον vocant. Dionysius Samius, referente Athenæo, idem purat esse Cymbion, cum eo, quod Homerus κύμπειον vocat: ita dictum (ut quidam putant) quod ex eis, hoc est, hederæ ligno confici soleat.

Cymes, κύμης, vide *Sirenuſſa*, apud Steph.

Cymindis, κυμίδη, & κυμίδη Homero, κυμη; Callimacho, Cicuma Festo: avis nocturna (qua voce κυληγεξ, qui nostris Courbeau de nuit, à Gaza exponitur apud Aristotelem) nocturnus accipiter Plinio (sed nocturnus accipiter est potius ιβέρης, sive πτηνός Aristotelis, quem vocamus Faupendrieux: & hic est Subris Nigidii, voce quidem è Græco, sed corruptè scripta apud Plinium lib. 10. cap. 14.) avis quæ aquilarum ova frangit, Faulcon montagnard. Aristoteles hist. lib. 9. cap. 12. in hunc sensum: Chalcis raro appetet, montes enim incolit, nigro colore est, magnitudine accipitris, quem palumbarium nominant, forma longa ac tenui. Iones Cymindem eam appellant, eujus Homerus etiam meminit in Iliade, cùm inquit, ζελεῖδες κυκλα- σμοὶ θιοὶ, ἄρδεις ἢ κυμίδη. Cæterum Hybris. Autem nonnulli hanc avem eandem esse Ptyngi. Hæc interdu quidem non apparet, quia non claram cernit, sed noctu venatur more aquila. Pugnat vero etiam cum aquila adeo acriter, ut saepius ambæ implexæ defrantur in terram, & vivæ à pastoribus capiantur. At Plin. confusè atque infideliter lib. 10. cap. 8. Nocturnus accipiter Cymindis vocatur, tatus etiam in sylvis, interdu minus cernens. Bellum interne- cinum gerit cum aquila, cohærentesque saepe prehenduntur.

Cymīnum, vel cuminum. { צַמִּים chammón. κύμινον. GALL. Du commun. ITAL. Cimino. GERM. Kämmitz. HISP. Comino. ANGL. Cummin. } Herbæ genus, cum semine ejusdem nominis, quod nos y, in u, vertentes, Cuminum dicimus. Eius duo sunt genera: quæ vide supra in dictione *Cuminum*. ¶ Cymini sector, κυμιστεῖον, homo avatus & sordidus dicitur, qui vel vilissimis ex rebus lucrum querit, nimirum parsimonia rem augere satagit. Tractum est adagium à Cymini seminis vilitate simul & exilitate. Meminit & Aristot. lib. Moral. 4.

Cymīnus. { κύμινος. GERM. Ein see in Hennia so ten die Itali lago de Nicco nennet. } Hetruria lacus est, ad sex millia passuum ab Urbe Viterbio, Cymino mons suppositus, qui vulgo Monte de Viterbo dicitur, ut Appianus ostendit. De hujus lacus origine talia refert Servius. Aliquando Herculem ad hos populos venisse: & quum à singulis provocaretur ad vitium ostentationem, vectem ferreum, quo exercebatur, humi defixisse: quem quum nemo illorum posset elevare, Herculem tandem cum sustulisse, tantamque repente aquæ vim erupisse, ut Cyminum efficerit lacum. Hæc Servius, illud Vit-

giliu explicans. *Æneid. 7.*

*Hi Soratti habent arcæ Flaviniæque arva,  
Et Cymini cum monte lacum, lucosque Capenos.*

Cymodocē, vel Cymodocæ, κυμοδοκα, Nymphe marina, Nerei & Doridis filia, à placardis fluctibus ita dicta, teste Heliodo in Theog. { GERM. Ein meergottin die wellenstillerin. } Virg. *Æneid.* Cymodocæam enumerat inter eas, quæ ex navibus Æneæ in Nymphas marinas commutatae fuerunt. Quarum (inquit) quæ fandi doctissima, Cymodocæa.

Cymothoē, κυμοθόη. Nymphe marina, Nerei, & Doridis filia, teste Heliodo in Theog. ita dicta, quod per fluctus discurrat. Virgil. 1. *Æneid.*

*Cymothoë, simul à Triton adnixus, aucto  
Derrudum naves scopulo.*

¶ Est item Cymothoë, fons notissimus Achææ propriæ dictæ, inter Patras & Pheras urbes: cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 5.

Cyna, κυνά, arbor est in Arabia, folio palma similis, ex quo Arabes vestes sibi conficiunt. Author est Plin. lib. 12. cap. 11. ¶ Cyna etiam, κυνη, pilei genus fuit, quo Lacedæmonii uti solent. Vide Baysum de re vestiaria. ¶ Cyna, pro cæna, Salmas. ||

Cynacantha, κυνακάνθη. Arbuscula, quæ acinos veluti uvæ producit. Latini Caninam sentent, & Vulgo *Vnam spine am* nominant.

Cynætha, κυναθη, oppidum est Arcadiæ juxta Lepreon: ita dictum ab Æneæ socio vita functo, & ibi sepulto, ut placet Dionysio lib. 1. Antiq. Aut (ut Stephanus mavult) à Cynetho Lycaonis filio. Meminit hujus oppidi Plin. lib. 4. cap. 6.

Cynamolgus, avis est Arabiæ peculiaris, ex cinnamî surculis nidum constiuit, quem deinde accolæ plumbatis sagittis dejiciunt. Author Plin. lib. 10. cap. 33. Apud Ælianum hæc avis non Cynamolgus, sed Cinatnomus appellatur: & ita nonnulli etiam apud Plin. legendum suspicantur.

Cynanchæ. { κυνάζη. ANGL. The quinseq, à difficultie or breathing. } Morbi genus est, spirationis difficultatem & suffocationis periculum afferens. Latinæ Angina appellatur. Propriæ tamen cynanche dicitur, quum laryngis, hoc est, gutturis interiores musculi inflammantur. Nam quum exteriores ejusdem musculi inflammationem patiuntur, κυναζωάζη appellatur. Est & ex anginatum genere Synanche pers, in prima syllaba, κυνάζη, qui peculiaris est Pharyngis, sive faucium morbus, quum scilicet illarum musculi interni inflammantur, quemadmodum κυναζωάζη, quum exteriores eatundem musculi inflammatione fuerint correpti. Hippocrates tamen hæc omnia genera, Cynanches nomine complexus est.

¶ Cynanthemis. { GERM. Hundsblym/ } cotila frætida, κυνός αὐθό. Cynara, vel cinara. Græcis κυνάρη ἄκανθη, & κυνάρη ἄκανθη, simpliciter κυνάρη, sine adjectione. { GERM. Welsche garten distell. Artichoke. GALL. Artichaud. } Cæterum cynara est à cane: quod aspera sit planta, tanquam dentes canini. ||

Cyne, κυνη, Urbs Lydie, gentile Cynei, vel Cynii. Steph.

Cynegætæ, κυνιζετη. Dicuntur volumina de venatione conscripta. Nam κυνηγός, κυνηγήτης, Græcis dicitur Venator. Extat hoc nomine Xenophontis liber, & Gratiani eiusdam fragmentum, Flavius quoque Vopisc. refert Olympium Nemessianum scripsisse Cynegætica.

Cynegitrus, Atheniensis civis fuit, cujus tanta in prælio navalí adversus Persas initio fuit pertinacia, ut navem hostium dextera injecta vi retinuerit, tāque amputata, injecerit & sinistram: quam & ipsam quam amputat, mordicus navim artipuit. Refertur à Valerio Maximo, & à Justino Trogi abbreviato. Tangit & Suetonius in *Cæsar.* cap. 68. commendans fortitudinem Acilius militis Cæsatris, his verbis: Acilius nivali ad Massiliam prælio, injecta in puppem hostium dextera & absenta, memorabile illud apud Græcos Cynegitri exemplum imitatus, transfilivit in navem, umbone obvios agens.

Cynesii, κυνίτειον: vide *Cynticum*.

Cynetia, κυνίτειον, urbs in Argolis, vel Argolica. Steph.

Cynetus, vide *Cythos*.

Cynæcæ, es, fæm. gen. pro Cynicorum Philosophorum secta. Ausonius in *Epigr. Diogenis.* siue *Antisthenis:*

*Inventer primus Cynices ego. Quæ ratio isthac?*

*Alcides multò dicitur esse prior.*

*Alcida quondam fueram doctore secundus:*

*Nunc ego sum Cynices primus, & ille deus.*

Cynæci, κυνιζετη, Philosophi quidam factunt sectores Antisthenis, qui primus novum hoc philosophiæ genus introduxit: ita dicti, sive à Cynosarge gymnasio, in quo Antisthenes profitebatur: sive à canina mordacitate, quia in hominum vitas nullo discrimine inveniuntur, aut (ut alii volunt) ab eo quod canum more in propatulo coire non dubitarent: quemadmodum de Crate & Hipparchia tradit Laërtius. Ex hac secta fuit Diogenes ille Cynicus, qui aliquando interrogatus quare Canis appellaretur? Quia (inquit) dantibus blandior, non dantibus allatio, malos autem mordeo. Cynici, Diogenes, Philosophiam naturalem & rationalem tollebant, solique mortali innitebantur. Repudiabant liberales artes, maximè Geometriam & Musican. Placebat eis hominis finem esse secundum virtutem vivere. Nobilitatem & divitias absciebant. Quare sectam hanc vitæ consentaneam non esse plures putaverunt. De his vide Cicer. lib. 1. *Offic.*

Cynips, cyniphis. { צַנְעָן chinnim. κυνίψ. GALL. Mousche de chien, ITAL. Mosca canina. GERM. Ein hundts mutz/ rostfliegen / brämen die obel sticht. HISP. Mosquito de los que pican, à mosca muy chica y que pica sutilmente. ANGL. A dogge flie. } Musca minutissima, longis cruribus, in capite habens rostrum, quo perforat cutem animalium. Nascitur ex humore, & juxta aquas abundat. Latini Muscam caninam vocant. ¶ Est etiam hoc nomine fluvius in Africa: à quo & regio eo nomine dicta est, in qua maximi sunt hirci. Hinc græc Cyniphius, id est, græc hircorum: Cyniphia pellis, hircina. Martialis de *Vdonibus:*

*Non hoc lana dedit, sed olentis barba mariti*

*Cyniphio poterit planta latere fina.*

Cynna,

Cynna, κυνή, oppidum prope Hetacleam Ponticam: ita dictum ab una Amazonum, vel à Cynno Gigante, fratre Cœli. ¶ Hinc sit gentile Cynnæus, κυνάς. Steph.

Cynocéphalæa, κυνοκέφαλαι. Herba est quæ ab Ægyptiis Osirites appellatur, divina profusa, & ad omnia venena efficax. Hac herba Appion Grammaticus Homeri Manes se ab inferis evocasse gloriarus est, ad percontandum, qua patria, quibusque parentibus genitus esset: non tamen ausus est profiteri quid sibi respondisset. Hæc Plin. lib. 13. cap. 2.

Cynocéphallon. {κυνοκέφαλος} Dioscoridi. GALL. Vne certaine herbe qui ressemble une teste de chien. ITAL. filio. GERM. Hundskopf/ ein traut so sonst Brackenhaupt genant. HISP. Zargatona, cabeça de perro. ANGL. An hearbe resembling or lik, à dogges boad. } Herba est quam Græci notiore nomine θύμια, nos Pulicarem appellamus. Nomen ei dedit figura floris, qui canini capitum similitudinem refert.

Cynocéphali, κυνοκέφαλοι. Homines sunt, vel feræ in Æthiopia, canina habentes capita, cætera homini similes, violenti ad saltum, feroci morsu. August. lib. 5. de civit. Dei. Quid dicam de Cynocéphalos, quorum canina capita, atque ipse latratus magis bestias, quam homines confitentur? Plinius lib. 7. Gens quam Cynocéphalos vocamus, lacte vivunt. Idem lib. 8. cap. 54. Efferior Cynocéphalis natura, sicut mitissima Satyris. Vide Gell. lib. 1. cap. 5.

Cynodontes, κυνόδοντες. Dentes qui à nostris Canini appellantur: ita dicti, quod acuminati sunt in formam dentium canis. Hos tradit Plin. lib. 11. cap. 37. semel casu aliquo amissos nunquam renasci.

Cynoglossus, sive Cynoglossum. {κυνόγλωσσος} Dioscoridi. GALL. Herbe nommée langue de chien. ITAL. Lingua di cane. GERM. Hundszung / spitzer wägerich. HISP. Viviebla, lengua de perro. ANGL. An hearbe called the dogges young. } Herba est in locis fabulosis nascens, foliis latifoliæ plantagini simillimis, angustioribus tamen minoribusque, & lanuginosis, sine caule, humi strata. Latinis Lingua canina dicitur, diversa tamen ab ea quam Officinae Canis lingua vocant. Plin. lib. 25. cap. 8. Jungitur & cynoglossos, caninas imitans linguas, topiariis operibus gratissima.

Cynomazon, κυνόμοζον. Herba est eadem cum chamæleonte nigra, quam & Cynozolon Plin. appellat. Dictum Cynomazon, quod in offa, vel in pulte datum canes enecet.

Cynomorion, κυνομόριον. Herba est, quæ alio nomine appellatur Orobanche, inimica eruis, cæterisque leguminibus, caulinum habens pingue & rubentem, sine foliis. Nomen habet à similitudine genitalis canis, teste Plin. lib. 22. cap. 25. Hodie, teste Ruellio, à Gallis Tenia vocatur.

Cynomyia. {κυνόμυια}. GALL. Mousche de chien. ITAL. Mosca canina. GERM. Ein hundsbämen die von den thieren das blut sangt. HISP. Mosca di perro. ANGL. A horse flee, or doggiefly. } Musca canina, quæ sanguinem ab animalibus exsugit. Hæc præcipue canum aures infestat, unde & nomen est sortita. Est & genus herbæ, quæ notioribus nominibus Psyllium & Pulicaris dicitur: de qua Plin. lib. 25. cap. 5.

Cynopolis, κυνόπολις. Oppidum est ad Occidentalem Nili ripam inter Oxytinchum & Hermopolim, in quo Anubis colitur, canibusque cibaria publica sunt assignata. Author Strab. lib. 17. Ab hoc oppido vicinus mons Cynopolites dicitur à Plin. lib. 5. cap. 9.

Cynorrhodon, κυνόρροδον. Rubentis liliæ flos est, teste Plin. lib. 1. cap. 5. ita datus quod à cane rabido morsis medeatur, quasi Rosam Caninam dicas. Eadem & Rosa sylvestris appellatur, teste codem Plin. lib. 25. cap. 2.

Cynos Cephale, κυνὸς κεφαλὴ. Collis Thessaliae, parva regio Thebanorum, Pindari patria. Steph.

Cynosarges, κυνόσαρξ, Gymnasium in Attica, sic dictum à cane albo qui sacrificante Diomo, rapta femora in hunc locum detulit. In hoc gymnasio Aristippus Cyrenaice sectæ princeps Philosophiam solebat profiteri. Author Laërtius in vita ejus. Hinc, Ad Cynosarges, eis κυνόσαρξ, proverbiali convitio dicebatur, quemadmodum eis μαραχίας, & eis νέρας.

Cynobitön, κυνόβιτον, κυνίτης κύνων, apud Athenæum. GALL. Un esplantier. ITAL. Rovo canino. GERM. Hanbuten/ hanrosen. HISP. Zarza rasal, zarza perruna. } Aliis cynopaston: frutex est, teste Dioscoride, multò amplior tubo, foliis longè, quam myrti latioribus, aculeis circa virgas robustis, flore albo, fructu oblongo, simili nucleis olivarum, sed rubicundo. Columella Sentent canis vocat. Sunt qui existimant fruticem eum esse, qui vulgo Eglenterii nomine cognitus est.

Cynosorchis, κυνόδος ὄρχης. Herba quæ & Orchis dicitur, foliis oleo, mollibus, ternis, parvisque, semipedis longitudine in terra stratis, radice bulbosa, oblonga, dupli ordine; superiore, quæ durior est; & inferiore, quæ mollior. Eduntur ut bulbi cocti, in vineis fortè inventi. Plin. lib. 27. cap. 8. Officinae Græcam vocem ad verbum exprimentes, Testiculum canis appellant.

Cynossema, tis, κυνόσεμη. Locus est Troadis ad Hellespontum, Hecuba sepulchro nobilitatus: Latinæ Canis tumulum interpretari possumus. {GERM. Hunds grab. } Fabulantur enim poëtae, Hecubam, quum in Græciam adduceretur captiva post exitium patriæ, ac suorum, ibi doloris impatientia in canem esse conversam, & deinde sepultam. Meminit hujus loci Plinius lib. 4. cap. 11. & Strab. lib. 13. ¶ Est item ejusdem nominis locus in Libya Marcotide, cuius meminere Stephanus, & Strab. lib. 17.

Cynosurtæ, κυνόσυρτη. Sydus Septentrionale, ex septem constans stellis, quod & Ursam minorem appellamus. {GERM. Der klein bär / ist ein gestirn in Mitternacht bey himmels wirbel. } Alio nomine etiam Phœnicæ appellatur, teste Higino, eo quod à Phœnicibus inter navigandum potissimum soleat observari; quemadmodum & Elice, hoc est, Ursæ major, à Græcis nautis. Ovid. de Trist.

Esse duas Arctos, quarum Cynosura notatur  
Sidoniis: Elicen Graia carina notet.

Cynozolon, κυνόζολον. Herba est eadem cum chamæleonte nigra, ita dicta, quod odoris fœditate ricos vermes in canum auribus ene-

Calepini Pars I.

cet: alio nomine Ulophonum dicitur. Vide Plin. lib. 22. t. 8. Cynthiæ, κυνθια, Diana dicta, à Cyntho monte in Delo insula, in quo nata cum Phœbo est, unde & Apollo Cynthius, & ipsa Delos Cynthia appellatur. Hic mons tanta celitudinis esse fertur, ut umbrâ suâ totius insulæ ambitum tegat. Propertius quoque amicam suam Cynthia, ob pulchritudinem vocavit, quæ prius Hostilia dicebatur.

Cynthiæ, κυνθια, Deli mons usque adeò editus, ut totam insulam dicatur obumbrare. In hoc monte Apollo & Diana nati traduntur, quorum alter Cynthius, altera Cynthia ab eo appellati sunt. Virg. 2. Æneid.

Qualis in Europa ripis, aut per juga Cinthi  
Exercet Diana choros.

Lucan. lib. 1.

Tertia jam gravido pluvialis Cynthia cornu.

Vide Cynthia. Stephanus totam Delum, olim Cynthum dictum scribit, à Cyntho Oceani filio: quosdam verò male sentire, quod Zacynthus vocitata sit. Idem in Cynthia: Gentile, inquit, est Cynthius & Cynthiotes.

Cynticum, κυντικον, locus Iberiaæ propè Oceanum: incolæ Cynetes & Cynesii. Steph.

Cynura, κυνογρα, urbs in Argo, vel Argolica, à Cynuro filio Persei: inde Cynurus, Cynurōs, & Cynuris scim. gen. Steph.

Cynus, κυνος Stephano, Locrotum Epicnem diororum oppidum est: sive, ut quibusdam placet, navale, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 6. & Liv. lib. 8. decad. 5.

Cyonnesus, κυννον, Nili fluvii insula est, non procul à majori Delta, è regione oppidi, quod Cynopolis appellatur. Author Ptolem. lib. 4. cap. 5.

Cyon, κυνος, urbs Cariæ, Canebium antè dicta: gentile Cyrites. Steph.

Cyparissias, κυπαρισσια. Tithymali species caulem emittens dodrantalem, ex quo germinant folia cupressi similitudine (unde & nomen accepit) teneriora tamen ac tenuiora. Author Plin. lib. 26. cap. 8.

Cyparissa, κυπαρισσα, oppidum est agri Messenai ad mare situm, à quo vicinus portus Cyparissus appellatur. Author Plin. lib. 4. cap. 5. Strab. lib. 8. Cyparissam vocat, Ptolemæus Cyparissas, plurali numero.

Cyparissæ, κυπαρισσαι, urbs Triphylliae, quæ vocabatur Eranna, inde Minerva Cyparissæ, Steph. Qui Cyparissam quoque Phocidis urbem, alias Eranum dictam meminit.

Cyparissees, urbs Messeniae: gentile Cyparisseentius. Homer. κυπαρισσεία, κυπαρισσεῖον εραστ.

Cyparissius, κυπαρισσος. Fuit nomen pueri, Telephi filii, quem Apollo amat, postea in sui nominis arborem conversi. ¶ Dicitur etiam pér synæthesi Cypressus: deinde conversione y, in u, Cupressus. Est autem arbor procula, caudice oblongo & recto, folio pinii, sed carnosiore mollioréque, neque ita pungente, fronde indecidua, odore vehementi. {GERM. Cypressenbaum. } Duo ejus sunt genera. Nam quæ sterilis est, fœmina dicitur, ad metà formam in fastigio convoluta: unde & κυπαρισσος, peculiari epitheto appellatur. Contrà, mas latius spargit ramos, consique profert nuci pineæ non absimiles, licet multò minores: mira inter arbores fœcunditate, quippe quæ trifera est, fructusque habet & Janvario & Maio & Septembri maturos, nulli tamen rei utiles, imò potius noxios, quemadmodum & ipsa arbor, cuius etiam umbra noxia creditur. ¶ Dicitur est autem Cyparissus (ut Didymo placet) δέρνεται κυπαρισσος, hoc est, ab aqua liter pariendo, quod æqualiter & ramos perdat & fructus. Fructus ejus, à figura, Coni appellantur. Unde & ipsa arbor perpetuo epitheto Conifera appellatur. Virg.

Aeria quercus, aut conifera cyparissi.

Idem,

Et teneram ab radice ferens Sylvane cypressum.

Reliqua vide suprà in dictione Cupressus. {Cyparissus fructus, κυπαρισσος καρπος, de verbis dictu magnificis, cæterum inutilibus.}

Cypasis, κυπαση, urbs circa Hellespontum. Steph.

Cype, κύπη, castellum Siciliae: gentile Cypeus. Steph.

Cyperus, κυπερος. GALL. Vne espèce de junc appellée sonchet, ayant les racines odoriferantes. ITAL. Cipero. GERM. Wilder galgen. HISP. Iuncia de olor, y juncia avellana. } Junci genus est angulosum, juxta terram candidum, in cacumine nigrum & pingue. Ejus descriptio-

nem vide apud Plin. lib. 11. cap. 18. Ruellius à Gallis juncos hujusmodi Sonchatos vocari tradit, & minutim contusos ad conciliacionem odoris vestibus interponi. Legitur etiam in neutro genere Cyperum, apud Varr. lib. 2. de rerum.

Cyphi, κυφη, Thymiamatis compositione est, dicata diis, qua abunde Ægyptii sacerdotes utuntur. Constat (ut Plutarch. ait) ex melle, vino, uva passa, cypero, resina, seselli, aspalatho, myrra, bitumine, junco, bryo, calamo, utroque juniperio, cardamomo, lapatho. Rationem componenti vide apud Diosc. lib. 1. cap. 24.

Cyphus, κυφη, urbs Perrhœbiæ, à Cypho Perrhœbi filio. Homerus, Κύφης οἱ την κύφην ἡγετεῖς καρποῖς. Alia est Thessaliae: cives Cyphæi. Est & fluvius Cyphus. Steph.

Cyprius, κυπριος, herba est folia habens ad iridis similitudinem mucronata, quæ à Latinis Gladiolus dicitur, radice bulbosa, & odore vicinando: Κύπριον. ¶ Est & per se Indica herba, quæ Cyperis vocatur, giberis effigie, commanducata croci vim reddens. Vide Plin. lib. 21. cap. 18.

¶ Cyprianæ, festum in memoriam S. Cypriani, & tempestas circa id ventiens. L. g. b. II

Cyprius, κυπριος. ANGL. A carpe: } Piscis est ex genere chombrorum, cuius meminit Plin. lib. 12. cap. 11.

Cyprium, Bonum antiquos dixisse tradit Varto libris de analog. unde Cyprus vicus dictus est, quod cum Sabini locum insedissent, boni omnis causa Cypriam, h. e. Bonum nuncupant: cui postea propter Tulliæ inhumanum scelus, quæ nefando facinore carpentum supta defuncti patris corpus egerat, Scelerati indidere nomen.

Cyprium æs, vide Cyprus.

CYPRUS, κύπρος. GER. Ein insel in der meerschößen zwischen Cilicia und Syrien/ sonsten Cypregentant. Insula in Pamphylo mari, in sinu maximo, qui & Ifficus dicitur, inter Ciliciam & Syriam, dives & mirae fertilitatis. Unde & Macaria, hoc est, beata olim vocata: maximè etiam luxus dedita, unde & Veneri sacra. Hor. lib. 1. Carm.

Sic te diva potens Cypri.

Ea quondam novem erat regnum sedes. Urbes illius præclaræ, Cythera, à qua Venus dicta est Cytherea: Paphos, Palapaphos, & Salamina. Hæc inter majores nostri matus insulas locum sibi vendicat: à Septentrione, Ciliciæ opposita: à Metidie, Ægyptum spectat, ab Oriente Syriam, ab Occidente Pamphyliam. Ambitus insulæ trium millium quadringentorum ac vinginti stadiorum, teste Strab. lib. 12. ¶ Cyprus etiam dicitur arbuscula, quæ à Latinis Ligustrum vocatur, semine atro, non absimili sambucino acino. Ljus flos in oleo decoquitur, sitque ex eo unguentum quod Cyprinum appellatur. Nascitur in multis locis, sed in Cypro insula odoris suavitate præstat: ideo Cyprus est appellata. κύπρος. GALL. Un arbre en Egypte d'une fleur fort blanche, que quelques uns appellent Troëne. ITAL. Albero ligustro. GER. Klein oder gemein beinbötzlin. HISP. El arbol de la alhena. ANGL. A privet, a tree in Egypte somed. 3 Plin. lib. 12. cap. 24. Cyprus in Ægypto est arbor ziziphi foliis, semine coriandri, flore candido, odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturque postea, quod Cyprinum vocatur. Optimum habetur è Canopica, in ripis Nili nata: secundum Ascalone Judææ: tertium Cypro insula odoris suavitate.

Cypris, a. um: unde tres parvæ insulæ huic propinquæ, Cypræ nominantur: & Venus Cypria, sive quod in Cypri genita fuerit, sive quod ei primùm in Cypri templum sit constitutum, & in hac insula honoribus divinis affecta sit. Cyprus bos, proverbialiter dicitur in brutum ac stolidum, propterea quod Cypri boves magis bruti ferantur, quippe qui stercore humano pascantur. Unde aliud proverbium, quod Festus citat ex Ennio, Cyprio bovi merendam. Quod convenit quoties conviva sordidus & insipidus sordido atque insipido excipitur convivio. Festivus erit, si ad res animi deflectatur: ut si quis apud spurcos spurce loquatur, apud indoctos indocte.

Cyprœniæ, κυπριανæ. Vermis epitheton est, inde tractum quod in Cypro insula nata dicatur. Utitur hac voce Hom. in Hymnis.

Cyprus, insula inter alia nomina Macaria dicta: nam mirè fertilis est in sinu maximo, qui Ifficus circa Ciliciam dicitur: ad ortum occasumque Ciliciæ ac Syriæ objecta est, novem aliquando regnum sedes, ut Plin. lib. 5. cap. 31. scribit: smaragdo, crystallo, ære Cypri cognominato, adamante & alumine nobilis: quam aliquando annexam continentis fuisse, idem Author lib. 1. scribit. De hac vide Strab. lib. 12. & 14.

Cypella, oppidum est Thraciæ, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 12. Strab. lib. 7. Cypellum nominat, κυψελη Steph. urbs Thraciæ prope Hebrum fluvium, item castellum in Arcadia Mantinensis muris circum: gentile Cypelinus, aut Cypsalenus.

Cypeli, κυψελη. ANGL. A martinet. 3 Aves ex hirundinum genere, quæ & Apodes vocantur, διπλή κυψελη, hoc est, ab alveari, eo quod nidum specie alvearis ex luto singant. Author Plin. lib. 10. cap. 39. Cypelus, κυψελη, Corynchorum tyrannus, pater Periandri, ita dicitur διπλή κυψελη, hoc est, à cistula, sive alveo, sive (ut Valla ex Herodoto vertit) mensura feumentaria, sub qua occultatus fuit quum à Corinthiis ad perniciem quereretur. Vide Herod. lib. 3. & Plutarch. in Symposio septem Sapientum.

Cyprasia, Galatiæ urbs, Ptol. Vulgo Caroso.

Cyprœniæ, κυπριανæ. insula juxta Gyzantes (sic enim lego apud Steph.) Africae populos.

¶ Cyragra, pro chiragra. Salmas. ¶

Cyrba, κυρβη, urbs Cariæ, vide Hierapytna.

Cyrbasa, κυρβα, urbs Cariæ. Steph.

Cyrbe, κυρβη, urbs Pamphyliæ, gentile Cyrbeus. Steph.

Cyre, κυρη, Oxytonum, fons in Cyrenaica. Steph.

CYRENE, & Cyrenæ, arum. קירן kir. κυρεων, vulgo Corena. 3 Insigne Libyæ oppidum, inter Mareotidem & Zeugitanam provinciam situm, unum ex iis quæ Pentapolim efficiunt, à Battu Thethæo (quem Callimachus progenitorem suum fuisse tradit) conditum, & à Cyrene Penei amnis filia, quam Apollo adamatam in eam Libyæ partem transtulit, ita nominatum. ¶ Ab hac urbe totus ille Libyæ tractus, inter Africam propriæ dictam, & Libyam Marmaricam, sive Marcotidem intermedium, uno nomine Cyrena, aut Cyrenaica regio appellatur. Hinc Cyrenaicus, a. um: ut Regio Cyrenaica, & Philosophia Cyrenaica, quam Aristippus Socratus Cyrenensis instituit. Hegesias philosophus (de quo Cicero lib. 1. Tuscul.) & Eratosthenes historicus Agacis filius, Cyrenæ fuerunt. Eadem & Pentapolitana Plin. dicitur à quinque præcipuis urbibus, quarum nomina sunt hæc, Beronice, Arsinoë, Ptolemais, Apollonia, & ipsa Cyrene. ¶ Ex hac urbe orti sunt Aristippus Socratus, qui Cyrenaicam Philosophiam primus instituit: item filia hujus Areta, quæ patri in schola suscepit: item Aristippus cognomento μαρτυρικης, superioris Aristippi nepos, & Arete filius: & præter hos Anniceris, qui Cyrenaicam lectam emendavit: item Callimachus poëta, & Eratosthenes Mathematicus, ambo ab Ægypti regibus in honore habiti. Quibus etiam à Strabone adduntrur Catneades Academicus, & Cronus Apollonius. Dicitur etiam Cyrenites, & Cyrenias fœm. gen. ¶ Hanc regionem appellat Pentapolitanam à numero quinque urbium quibus maximè inclita est, quarum hæc sunt nomina, Beronice, Arsinoë, Ptolemais, Apollonia, ipsaque Cyrene. Scribit Salust. Cyrenenses magnum ac diuturnum bellum gessisse cum Carthaginensisibus de finibus agrorum. ¶ Est & Cyrene nomen urbis in Cypro insula, quam Cyrus coadidit, ex qua natum putant Simonem patrem Alexandri & Ruti, ut est apud Evangelistas. Aug. lib. de Pastorib. scribit Simonem Cyrenensem, qui angariatus est, ut Christi cruelem tolleret, fuisse Aphrum, & hanc Cyrenem Africæ contiguam esse.

Cyrenæus, a. um, κυρεων, Cyrenaicus, & Cyrenensis, adjectiva. Cyrenaica, regio Africæ est: eam Strab. lib. ult. à Thereis Græcis conditam esse scribit, qui ex Laconica profecti, Theram insulam prius

incoluerunt, hinc in continente Cyrenem edificaverunt. Ex horum numero fuit Battus quidam, qui Cyrenes condidæ fuit author, quod alibi idem Strabo indicat. Item Battidas Cyrenenses Silii nominat lib. 2.

Necnon Cyrene Pelopei stirpe nepotis  
Battiadas parvos, fidei stimulavit in armis  
Item Stat. lib. 2.

¶ iniquo sole cadentes  
Battiadas.

Dé Cyrene multa Straboni consentanea Herodotus refert in Melpomene. Diodorus Siculus lib. 5. scribit ex quo rūdam sententia huic urbi nomen inditum à Cyrene Hypsei filia, quæ quum apud Pelcum virgo educaretur, ejus forma captus raptam virginem in Libyam ad ea loca, in quibus postmodum civitas condita est, asportavit. Ex ea filios suscepit quatuor, Atisteum, Nonum, Anteum, & Argum, alias Auctonum & Argeum. Eam regionem fertilissimam esse tradit Herodot. in fin. lib. 4.

Cyrenaici philosophi, ab Aristippo Cyrenæo, primo sectæ ejus authore nomen traxerunt, qui summum bonum corporis voluptate metebantur. Cicero. Tus. quaest. lib. 3. Atque ab Aristippo Cyrenaici Philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt, virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esse voluptatis. Horum secta postea ex simplici triple effecta, aliis se ab Hegeſia, Hegeſiacos: aliis ab Anniceride, Annicerios: non nullis etiam à Theodoreco Theodoreos nominantibus: qua de re vide Diogenem Laertium in vita Aristippi.

Cyres, τις, κύρας, nomen urbis, ut Phrages, Mendes, Adrymes: gentile Cyprius, Steph.

Cyrillus, κυρίλλος, Diaconus fuit Heliopolitanus (est autem Heliopolis hæc civitas insignis ad Libanum montem sita) qui imperante Constantino plurima Ethnicorum idola contrivit. Cujus rei illi mores sub Juliano principe, vivo ventrem exsecutunt, jecurque inde exemptum degustaverunt. Author Suidas. ¶ Cyrilus item Alexander præfus edidit variarum hypotheseon tractatus, & Homilias plurimas, quibus utuntur Græci: præterea adversus Nestorianum epistolas, quibus omnia occulta ejus venena refellit. Is vixit temporibus Juliani principis. ¶ Cyrilus præterea Hictosolymitanus præfus, saepè pulsus ab Ecclesia & receptus: ad extremum sub Theodosio principe octo annos in sua sede perseveravit: extante ejus catecheses. Hæc Hieronymus.

Cyrinus, κυρίνος, Romanus, cum Baslide & Nabore sub Diocletiano passus, ac sepultus tertio ab urbe lapide. Ex Volater.

¶ Cyrus, manibus. Salmas.

Cyneæ, genus vasis, alias etiam hirnea, & irnea. ¶

Cyrnii, κυρνι, Indiae populi vivacissimi, ut quos ad centesimum quadragesimum annum vitam extendere proditum sit. ab Iliono, refente Plin. lib. 7. cap. 2.

CYRUS, κυρίος, vulgo Corsæa. Insula est in mari Ligustico, quam Latini Corsicam dicunt, longa passuum centum quinquaginta milia, lata maiore ex parte quinquaginta, circuitu trecentorum vingtiquatriduorum millium constant: a vadis distans Volaterranis sexaginta duobus millibus passuum. Cyrus diætæ à Cyra rege, quum antea Terapne diceretur.

Cyrnia jactura, κυρνία ἄη, de magnis stipendiis & expilationibus dicebatur, ob Cyri insulæ immanitatem latrociniorum, ac gentis feritatem. ¶ Cyria terra, κυρνία γῆ, dicebatur regio latrociniis infamis, cuiusmodi ferunt olim fuisse Cyrum. Gens hæc hodie male audit apud Italos. Proverbium non inepte detorquetur in hominem alieni rapacem ac violentum. In collectaneis Zenobii per Aldum editis reperitur κυρνία ἄη, Cyria noxa, de qua supra.

Cyruanus, a. um. Virg. Eclog. 9.

Sic tua Cyrenæ fugiant examina taxos.

Cyneæ, æ, vasis vinarii genus, teste Nonio. ANGL. A bottle a great piece to drinking. 3 Plaut. Amph. Cadus erat viri, inde implevi cyreneam. ¶ Sunt qui Cyreneam scribant per i. hostium, ut μαργά τὸ κυρνία, hoc est, à miscendo dictum velint.

¶ Cyrogræphus, pro chirographus. Salmas. ¶

Cyropolis, κυρνόπολις, civitas in Asia, quæ etiam Cyrechata, κυρνία, vocatur, ad finem Persidis: cives, Cyropolis, & Cyrechata. Steph.

Cyrreæ, urbs in Helicone, juxta Lysam. Lucanus,

Sed mihi jam numen, nec si te peccore vates

Accipiam, Cyrræa velim secreta moventem

Sollitare deum, Bacchumque avertere Nysa.

Cyrrethica regio, à Cyrrho dicta est, ubi Cyrrethæ dea colebatur, quam Minervam interpretantur Plin. & Ptol. Vide Cyrrhus.

Cyrra, vide Cirra.

Cyrrhus, κυρρη. Steph. Syriæ oppidum, cuius incolæ Cyrrethæ, κυρρης, dicuntur, & Diana Cyrrethæ, κυρρη: & regio ipsa Cyrrethica, κυρρησση: cuius meminit & Plin. lib. 5. cap. 13. ¶ Sunt item Cyrrethæ Macedoniae populi, non procul à Pelta Alexandri patria: quo rum meminit Plin. lib. 4. cap. 10.

Cyrsilus, κυρσίλος, Atheniensis fuit, qui quum videret impetum Persianum diutius sustineri non posse, civilesque jam de relinquenda urbe, navibusque consendendis cogitare, civibus suis confilium dedit, utile quidem (ut ipsi tum videbatur) attamen non satis honestum, ut Xerxes potius reciperent, quam patriam desererent. Quæ sententia usque adeò civibus displicuit, ut statim eum lapidibus obruerint. Cic. 3. Offic.

Cyrtæ, κυρτα, oppidum est ad mare rubrum, in quod Artaxerxes

Megabyzum relegavit. Steph.

Cytones, urbs Bæotiae, (κυρτας) gentile κυρτας. A Cytrone vero κυρτα, antiquo oppidulo, Cytonius sit. Est etiam κυρτανος, urbs Italiæ: gentile Cytonius.

Cytus, κυτη, urbs Ægypti in mediterraneis, patria Dionysii medici: gentile κυτη, oxytonum: pro urbe enim barytonum est. Steph.

Cyrus, κυρη, nomen duorum fluviorum, quorum unus Armeniæ & Hiberiæ

Hiberia fines interluit, & per Albaniam labitur. Oritur in monte Caucaso. Alter juxta Pasagardas per cavam Persidem: à quo Cyro majori, qui juxta hunc amnem expositus fuit, nomen est inditum, teste Strab. lib. 15.

Cyrus. { שָׁרֵךְ כּוֹרֵשֶׁךְ. } Cambysis filius ex Mandane Astyagis regis filia, & Persarum Medorūmque rex, qui primus (ut Justin. lib. 1. scribit) devicto Astyage ultimo Medorum rege, Medorum imperium transtulit in Persas: & subacta Asia, totum Orientem in potestatem redigit. Postremò quum bellum Scythis intulisset, eosque clade magna affecisset, Tomyris eo tempore Scytharum regina, comparsis infidiis, 200000. Persarum cum ipso rege trucidavit, ita ut neque nuntius tantæ cladi superfuerit. Caput Cyti amputatum, in utrem humano sanguine plenum conjectum fuit, cum hac exhortatione, Satia te sanguine quem sitisti. Hic primum Agradatus dictus fuit: & postea Cyrus, ab ejusdem nominis fluvio per cavam Persidem fluente, juxta quem fuit expositus. Res ejus gestas vide latius apud Xenoph. in P&dia, Herod. & Justin. lib. 1. Cyrus autem, Persarum lingua, significat canem. Plurarch. Artax. ¶ Fuit præterea ejusdem nominis poëta quidam Theodosii junioris temporibus ab Eudoxia Imperatoris uxore propter ingenii felicitatem ad summos honores evectus. Postremò præsul factus, in Cotyleo Phrygiæ Leone imperante diem obiit. Ex Suida.

Cyre, sive Cuta, κύτη. Steph. Oppidum est Colchidis, Medæ patria, teste Steph. herbis veneficiis in primis famosa.

Cytæus, a, um, adj. κυταῖος. Unde virgo Cytæa, appellatur Medea à Valer. Flac. lib. 6.

Cytæis, idis κυταῖες. Propert. lib. 2.

Non hic herba valet, non hic nocturna Cytæis.

Cytæum, κυταῖον, urbs Cretæ. Steph.

Cytorum, Ptolemæo: Cotticum, Plinio. Cappadociæ oppidum, hodie Cecino. Vide ne à Cytoro monte dicatur.

Cyterium, κυτέας, urbs Cænotrorum mediterranea: gentile Cyterites, vel Cyterinus. Steph.

Cytheræ, orum, κυθηρæ, vulgò Cerigo. Insula est contra Cretam, ut scribit Strabo, quinque millia à Maleæ promontorio distans, in quam ferunt Venerem primum vestram concha marina: unde & Cytherea, κυθηρæ, dicta est. Virg. lib. 10.

Est Paphos Idaliūmque tibi, sunt alta Cytheræ.

Idem, Parce metu Cytheræ, manent immota tuorum Fata tibi.

Degenerat tamen hoc derivativum à natura sui primitivi, cotripiit enim secundam syllabam, quæ in primitivo producitur. Hanc insulam Porphyruſam vocat Aristoteles, Porphyrida Plinius, à purpurarum præstantia. De ea enim lib. 4. cap. 12. sic scribit: Cythera (inquit) cum oppido in Laconico sinu, antea Porphyrida appellata. Hæc sita est à Maleæ promontorio v.m. passuum, anicipiti, propter angustias, ibi navium ambitu. Hæc Plin. Hesiod. in Theogonia tradit, Venerem ab oppido Cytheream cognominatam: Servius autem ab insula cognominatam tradit.

Cytheræcūs, a, um: nomen adjectivum possessivum, κυθηρæ: ut, Nectar Cytheriacum, quod pro suavitate Venerea ponitur.

Cytheræs, κυθηρæs. Nobilissima meretrix fuit liberta Volumnii, quæ eodem tempore floruit quo Origo & Arbuscula metetrices. Hanc Cornelius Gallus poëta supra modum adamavit, quo tamen sperto, Antonium in Galliam sequita est. Hanc Virg. Ecl. 10. Gallum consolans, commutato nomine Lycoridem vocat. Author Servius.

Cytherotiades, κυθηραιάδες, Musæ dicuntur à saltu, cui Cytheron nomen est. Vide Cytheron, sic enim scribendum.

Cytheron, mons est Bœotiae, non longè à Thebis, Apollini & Musis sacer, à quo Cytherides dicuntur. In eo quoque Bacchi sacra celebabant. Virg.

Nocturnūmque vocat clamore Cytheron.

Hinc quoque Cythera & Cythereus, a, um: Vide suprà Cytheron, κυθηρæ, sic enim scribendum est.

Cytherus, κυθηρæ. Vicus in Pandionide tribu: inde Cytherius. Steph. Cythnos, κύθνος. Steph. Insula est ex Cycladibus, à Cythno primo habitatore sic appellata. Alio nomine Ophiusa, ac Dryopis. Ex hac insula Timantes pictor est, qui ab ea Cythnitus dicitur. ¶ Cythnicæ, sive Cythniæ calamitates, κυθνώδεις ουμφαραγγεῖ. Zenodus Aristotalem authorem citat, Cythnios usque adeò divexatos afflictosque fuisse ab Amphytrione, ut in proverbium abierint, κυθνώδεις ουμφαραγγεῖ, pro maximis cladibus & immensis calamitatibus.

Cythnus, a, um: κύθνος, possellivum, ut Timantes pictor Cythnus dictus est. Steph. juxta Dryopem unam Cycladum sitam scribit, & ipsam quoque sic nominatam fuisse. Meminit etiam Pomp. lib. 2. & Ovid. 7. Metam. (quamvis paulò aliter legatur apud Gryphium.) Florentemque Syron, Cythnon, planamque Seriphon.

Cythonymi probrum, seu dedecus, κυθνώδεις αγχεῖ. In hominem dicebatur vehementer infamem, fœdique nominis, cuiusque nomen jure supprimi debeat, vel ob malefacta, vel ob calamitates. Unde & Græca vox à celando nomine dicta. Author Steph.

Cytina, κύτινα, urbs Thessaliam: civis Cytineus. Steph.

Cytinum, κύτινον, una ex tribus Doridis civitatibus: gentile Cytinates. Steph.

Cytinus. { κύτινος. GALL. La fleur d'un grenadier. ITA. Primo fior di pomo granato. GERM. Granatapfel biss. HISP. La granada quando sale de flor, ò flor de la granada. ANGL. The flower of a pomegranate. } Flos malii Punicæ sativæ, ut balaustium sylvestris, ut est apud Dioscorid. Plinius cytium interpretatur primum partum punicæ florere incipientis. Flores vero ipsos in Cytino erumpentes, Balaustia, natura astringentes. Soler tamen appellatio hæc ad alia quoque genera congruere: unde Dioscorid. Apollinaris herbæ flores Cytinos appellavit.

Cytis, κύτις, insula Arabiæ, ubi Topazius lapis invenitur. Plin. lib. 6. cap. 19.

Cytisus, κύτισος, mascul. vel femin. Genus fruticis incani, ad similitudinem rhamni, cubitalibus ramis, folijs loti trifolijs, quem Ari-

Galepini Pars I.

stomachus Atheniensis miris laudibus prædicavit, eo præcipue nomine, quod lætissimum pecori pabulum præbeat, & lactis copiam augeat: quod etiam confirmat Plin. lib. 13. cap. 24. Inventus est autem hic frutex primò in Cythno insula ( unde & nomen accipit ) & inde translatus in omnes Cyclades & urbes Græcas. Col. lib. 13. cap. 28. Cytisum ( quem Græci aut ξιφία, aut κεραῖα, aut τειφέλια vocant ) quem plurimum habere expedit, quod gallinis, apibus, ovibus, capris, & omni generi pecudum utilissimus est. Idem alibi duas facit Cytisi species, lativam., & alteram suæ spontis. Col. lib. 2. cap. 11. Exceptâ tamen cytiso, de qua dicemus alias.

Cytorus, per y, in prima syllaba, κύτωρ. Mons Paphlagonia, in quo buxus plurima nascebatur: unde & buxifer à Catullo dicitur. Virg. 2. Georg.

Et juvæ undantem buxo spectare Cytorum.

Ab hoc, quæ buxæ sunt, Cytoriaca dicuntur. Ovid. 4. Met.

Sape Cytoriaco diduxit petrine crines.

¶ Fuit & Cytorus, sive Cytorum civitas, Sinopensium emporium; à Cytoro Phryxi filio conditum & appellatum, ut ex Ephori sententia refert Strab. lib. 12.

¶ Cyttales, fur apud Iones. Rh. //

Cyzicenus, κυζικηνός, Atheniensis Philosophus in mathematica, & in cæteris scientiis excellentissimus, præcipue in Geometria.

Cyzicus, κυζίκης, vulgò Chiziro, sive Cizicum. Insula in Propontide; duobus pontibus juncta continent, habens urbem ejusdem nominis, mænibus, arce, & turribus marmoreis: cui nomen indidit Cyzicus rex, quem Jason per imprudentiam interemit. De hac Ovid. lib. 1. Faſtor.

Hinc Propontiacis harentem Cyzicon oris;

Cyzicon Æmonia noble gente opus.

Fuit hæc civitas magnitudine & pulchritudine cum primis Asis urbibus comparanda, paci & bello apta, tribus armamentariis inclyta; quorum aliud armorum, aliud instrumentorum, aliud frumenti erat receptaculum. ¶ Verum Pius Papa in Asia hanc Chyzicum appellat, non Cyzicum. Et de Cyzico sic scribit: Nunquid Chyzicus nobis non satis constat, adeò claritatem rebus admunt tempora; & nos homunciones diuturnam querimus in hoc seculo gloriam, quam potentissimæ civitates retinere non potuerunt? Propert. lib. 3.

Frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos.

¶ Cyzicus, Steph. urbs est Propontidis in Chersoneso sita, alio nomine Κύζικη, id est, Ursorum insula appellata. Homerus Cyzici habitatores, Doliones vocat. De Chersoneso vide suprà.

Cyzicum, Bithynia nobilis civitas, cui nomen ( inquit Pomp. lib. 1. ) Cyzicus indidit, quem à Minyis imprudentibus, quum Colchos peterent, fusum acie, cæsumque accipimus. Hactenus Mela. Hæc civitas arce, mænibus, turribus marmoreis Asiaticæ plagæ littora illustrat, ut scribit Florus in bello Mitridatic. lib. 3. Libra illa aliquando; & agris diyes, multoque in honore à Romanis habita. Lege Strab. lib. 12. De Cyzico Valer. Argon. lib. 2.

Nec procul ad tenuis surgit confinia ponti

Vrbs placidis demissa jugis, rex divitis agri

Cyzicus, &c.

De morte Cyzici regis vide eundem Valer. 3. Argon. & Hemolatum super cap. 32. lib. 5. Plinii.

Cyzicenus, denominativum est à Cyzico Propontidis insula, κυζικεύεις.

¶ Cyziceni stateres, κυζικεύοι στενῆς, de re scite sculpta. Nam hi nummi olim celebres erant, quod eleganter scalpi videtur. Representabant altera parte Cybelem deorum matrem facie muliebri: altera leonis imaginem. Aut magis videbitur fore locus proverbio, quum hominem significatus inquam ac sui dissimilem: aut qui longè aliud agat, quām præ se ferat: quemadmodum Cyziceni ex uno latere Cybelem ostendebant effeminatam, ex altero leonem. Stater is valebat xxviii. drachmas Atticas, unde & de re magni pretii videtur posse dici.

## NOTÆ ANTIQUORUM.

C. Comitia, Centrum, Caius, Cauffa, Condemno. C. A. M. cauffa amabilis.

C.B. civis bonus. CB. cotymbus.

C.C. calumniæ cauffa. C.C. E. causa conventa est: CC. circum. CCC:

D. P. tercentum duplex. CCC. T. P. tercentum terræ pedes. C. C. F. Caius Caii filius. CS. cauffa. CA. vel CAM. Camillus. CÆ. Cæsar. CÆS. AÜGG. Cæsares Augusti. CAR. COJU. carissime conjugi. CARIS. carissimus. C. B. commune bonum, civis bonus. CC. ducenti. C. CL. R. cauffam claram regi. CR. contrarius. C. C. consilium cepit, cessit calumniæ, causam contractus. CS. cuius. CD. C. Quadrungentis condemnatus. CD. condignum, quadrungentum.

CEL. celeres. CEN. PP. vel. CENS. Censor perpetuus. CEN. A. Censoris arbitratu. CENT. centuria, centurio. CENTU. Centuriones.

C. F. Caii filius. C.F.R. cauffa filia regis.

C.H. custos horitorum, custos hæredum.

CIC. Cicero. C.J. C. Caius Julius Cæsar. C. II. IN. Cubitos tres invenies, CI. CIPP. Cippus, seu terminus: ut ad tertium cippum, seu lapidem. CIV. Civitas, civis. C. JU. causa iusti. C. II. IN. P. cubitos duos invenies plumbum.

CL. Claudius. CL. V. clarissimus vir. CL. F. clarissima filia, vel fœminæ. CLI. Claudius. C. LDBL. caufsam laudabilem. C. L. Caii Libertus, vel Caius libertus. CL. conlibertus. C. L. Caia Libertia. C. LIB. Caii. Libertus, vel Liberti. CLE. CL. conlibertæ clarissimæ.

C. M. centrum millia. C. MAR.P. Caput margine pleno. CM. Comus. C. ML. centum millia. CMS. comis. C.M. civis malus. C. M. vel CA. M. causa mortis. COM. Comitia. C. M. S. causa mali sui. C. ML. clementum multum. CME. XI. camelos duodecim.

CN. Cneus. C.N. Caius noster. GN.L. Cnei Libertus.

CO. conjugi. C.O. civitas omnis. COT. controversia. COM. OB. Comitia obdurata. CON. consularis. CON. SEN. E. OR. P. Q. R. consensu senatus, equestris ordinis, populi Romani. CONS. vel CS. Consiliarius. COL. vel CL. colonia, coloni. COLL. collegæ, collegia. COL. collega, colonia, columen. COLL. FABR. collegium fabrorum. COH. cohors. CON. U. conjunxit. CONJU. OBSEQU. conjugi obsequientissimæ. CONJUG. M. conjugii Mercurii. CONX. conjunx. CONLIB. conlibertus, conliberta. CONTUB. contubernalis. COR. Cornelius. CORP. Corpus. CORN. R. F. Cornelie regis filia. CORN. AURS. coronas aureas. COS. consul. COS. QUAR. vel, 1111. consul quartò. COSS. DESIG. Consules designati. CSS. consules, consulares. COS. DES. consul designatus.



## D



, Latina figura eadem fuit Ionom priorum: sicur etiam d. & d, admodum convenient. ¶ Inter B, & D, est quædam cognatio: unde ex d. vel duis, bis: & duonus, pro bonus. ¶ Etiam in D, & L, ut Dacrumæ, lacrumæ; dantia, lantia; Capitolium, Capitodium; cassila, cassida. Ita sella à sede, ol. o ab odor, meditor à misera. ¶ D. & T, olim in multis promiscue scribebantur: ut ad, at, sed, set; haud, haut; Alexander, Alexanter. ¶ Etat & olim alicu-

bi R, pro D. Ita dicebant ar pro ad, ut arvenas pro advenas. ¶ D transit etiam in C, G, L, P, R, S, T: ut accido, angero, allido, appono, arrideo, metidies, assideo, rado rati, cedo celli, attamino, attingo. ¶ D frequenter interponitur in compositis, hiatus causâ prohibendi, ut redigo, redarguo, prodest. Subtrahitur etiam, cum sequens syllaba ab S, & alia consonante incipit, ut aspiro, aspicio, ascendo, asto. ¶ Cæterum non tantum in compositione, sed etiam extra eam interdum d interponebant sustinendæ syllabæ causâ, quum non amarent concursum vocalium, ut med erga, pro me erga. Sic sed erga, ted erga. Inde Muretus var. lett. lib. 15. cap. 19. illud apud Horat. lib. 3. carm. od. 14. v. 10. male ominatis, putat scriptum fuisse, male ominatis, ex quo alii fecerunt male dominatis. Sic lib. 1. ep. v. 13.

Omne crede diem tibid illuxisse supremum.

Ex quo, inquit, factum est tibi diluxisse. Ita lib. 43. Dig. sub tit. Ne quid in loco publico, vel itinere fiat, leg. 2. vbi legitur, Idem ait: si odore solo locus pestilentiosus fiat, non esse ab re de eo interdicto nisi legendum censem, non esse ab re de eo interdicto nisi. Cognata itaque literæ sunt D & T, omninoque d & r: quod in derivationibus minime oportet, ut facilius fidem inveniant. Plura vide in Martinii Etymologico. ¶

## DA

Dæ, Daarum, dæc. Steph. Populi sunt Scythiae, ex genere Nomadum, ut author est Serv. in illud Virg. 8. Aeneid.

Indomitique Dæ, & pontem indignatus Araxes.

¶ Dabit, davir, Oraculum Dei.

Dabula, palmæ genus.

Daca, poma vilissima.

Dacar, insuavis, vilis. ¶

Dæcia, dæcia, regio Scythiae Europææ, quam quidam Thraciæ partem, quidam conterminam dicunt. Hæc (ut Ptolemæus scribit lib. 3. c. 8.) ad Septentrionem Carpato monte à Sarmatia dividitur, ad Occidum autem Tibisco fluvio ab Jazygibus Meranastis, ad Meridiem & Ottum usque ad Danubium extenditur. Hujus regionis populi, Daci, dæci, dicuntur: olim etiam Davi, teste Strab. lib. 7. Getis proximi ad Ortum: à quibus servilia Davorum & Getarum nomina Athenienses accepunt. Unde in Comœdiis servi introduci solent, Davi, & Getæ nominati. ¶ Hodie hæc regio divisa est in quatuor partes, In Valachiam utramque, Moldaviam nimiron, & Transalpinam, versus Septentrionem. In Bulgariam, sive Myssiam inferiorem à parte Orientali. In Serviam, sive Bosnam, quæ & Myssia superior vocata est, à parte Meridionali. Et denique in Transylvaniam à parte Occidentali, quæ divisa est in Schyriuliam, Septem castra, & Uniam, partes nimiron, quas natio Ungarica incolit. Hi Romanis semper reluctabantur. Virg. 8. Aeneid.

Indomitique Daci, & pontem indignatus Araxes.

Statius,

— frana tenentem

Rhenus & atroniti vidit domus ardua Daci.

¶ Dacianæ, milites Claudi II Imp. ¶

Dæcicüs, dæcicüs, dictus est, qui Daciam subegit, sicut à Germania

Germanicus. Juvenalis,

— cum lance beata

Dacicus, & scripto radiat Germanicus auro.

Dæcüs, a, um: dæcüs, quod è Dacia, Spartanus, Ad bellum Dacum Trajanum familiariū persequutus est.

Dacrymæ, auctore Festo, Livius Andronicus appellabat, quas nos lacrymas, Græcos sequatus, qui dæcævæ vocant Lacrymæ, dæcævæ lacrymas. Unde etiam constat verbum Lacrymor, & nomen Lacryma melius sine aspiratione scribi, quemadmodum vox Græca à qua originem trahunt.

Dæctylüs. { γάγκη εισβάτη. dæctylüs. GALL. Un doigt. ITAL. Dito. GERM. Ein finger. HISPA. Dedo. ANGL. A finger. } à Latinis dicitur

## DA

C.P. civis publicus. CPS. capsæ. C.P. C.P. causa petitionis causam posuit. CPRSS. Cupressi.

C.R. civis Romanus. CR. Creticus, Crispus, contractus. C. R. C. cuius rei causa. C.R.C.P. cuius rei causa promittit.

CMS. communis. CS. A. Cæsar Augustus. CS. IP. Cæsar Imperator. C.S.S. cum suis servis. C. S. FL. cum suis filiis. C.S.H. cum suis heredibus. C.S.P.E. cum sua pecunia est. CST. controversia.

CT.V. O.A.B. Civitas vitæ omnia afferit bona.

C.V. centumviri, clarissimus vir, casa virginum. CVI. cuius. CIV. civitas. CUL. cultores. CUR. curionum, curiatum, cursor.

C.X. IN. ARG. cubitos decem invenies argentum. C.XX. IN. AUR. M. cubitos viginti invenies aurum mirabile.

## D

digitus: unde Dactylotheæa (quæ Græcis etiam Chirotheca) præ tegumento manus, vel digitorum sumitur. ¶ Dactylus item vocatur per metricus, quum syllabam longam due breves subsequuntur: Herous pes Ciceroni dictus, lib. 3. de Orat. quod eo scribantur facta herorum & principum. ¶ Item Dactyli dicuntur fructus palmæ, Apicius. Et croci drachmæ singulæ dactylorum ossibus tortidis quinque. Dactylus præterea graminis genus est, de quo sic scribit Plin. lib. 14. cap. 19. Sunt qui jaculeatum gramen vocant trium generum, quum in cacumine aculei sunt plurimum quini (dactylon vocant) hos convolutos naribus inserunt, extrahuntque sanguinis ciendi gratiæ. ¶ Dactylus item piscis est è genere concharum. Idem Plin. lib. 9. cap. 6. Concharum è genere sunt dactylis, ab humanorum unguium similitudine appellati. ¶ Dactylus Idæus, gemma, Idem lib. 37. c. 10. Idæi dactyli in Creta ferreo colore pollicem humanum exprimitur. Dactyli Idæi edebant miracula. Plut. in Num. Vide Vngues. Dactylicus, a, um. { δακτύλιος. Cicer. in Orat. Quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sic accommodatior. }

Dactylon, δακτύλιον, Græci annulum dicunt, δένει τὸ δακτύλιον, hoc est, à digitis. { GALL. Aneau. ITAL. Anello. GERM. Ein fingerring. HISPA. Anillo. ANGL. A ringe. }

Dactylotæca. { δακτυλοθήæa. ANGL. A ringe case, or glorie. }

Annulorum capsula: δακτόλιον enim annulus est, δικτυa capsula, sive atcula, ubi quid reponitur. Ulpianus lib. 52. de legat. & fideicomis. Idem Pomponius de dactylotecha legata tractat, & ait annulos quoque contineri: non solum thecam, quæ annulorum causâ parata est.

Malè autem hæc antea scriptum erat, dactylotæcam pro gemma Plinio positam: quia locus Plinii lib. 37. cap. 1. omnino ostendit contrarium. Dactylotæca quæ? M. rtial. Epigram 123. lib. 14.

Dactylis, idis, scem. gen. { τρυπὴ ταβαθάθ. δακτύλis, idis. GALL. De la grosseur d'un doigt. ITAL. Longo un dito. GERM. Eines fingers dicē oder groſs. HISPA. Luengo de un dedo. ANGL. Of the thicknesse or length of a finger. }

ut dactylides vites dictæ a gracilitate digitali: vel fortassis quod grana habent dactylis similia, hoc est, fructui palmæ arboris. Plin. lib. 14. cap. 3. Has etiam Dactylos vocat Col. lib. 3. c. 2.

Dactyli Idæi, δάκτυλοι ίδαιοι, iidem qui Corybantes, quos Jovem nutritissime ferunt, & ne vagitu puer proderetur, novo lusus genere ex cogitato, clypeolis ænæis inter se concursantes, æris tinnitu & numerosi pedis compositione, qui Dactylus inde dictus est, Saturnum celavetunt. Idæi autem dicuntur à monte Ida.

Dadicæ, populi Scythiae Asiaticæ, apud Herod. lib. 3.

Dadocertum, δαδοκεῖον, castellum, φερζελ, magnum Armeniae, inter Med. Steph.

¶ Daduchus, δαδοχος, qui tenet facem, tædifer, qui & δαδοφόρος, à dæc., & ἕχω, habeo, teneo. ¶

Dædæla, neurii generis, δædæla, τὰ, urbs Lycia, ita appellata à monte vicino, seu Dædalo ibi sepulto, quum cum coluber aquaticus ex amne Nino in paludem egressus momordisset. Plin. cap. 27. lib. 5. Meminit etiam Steph. cui Dædala etiam Rhodi civitas est, sive regio: item alia Indiæ, & alia Cretæ.

Dædælia, δædælia, urbs Italæ à Dædalo condita, quæ nunc Julia vocatur. Steph.

Dædælidæ, δædælidæ, tribus Cecropidis vicus. Steph.

Dædælus, δædælus. Atheniensis faber egregius, Icaro pater, qui serram asciam, perpendicularum, tæbraram, glutinum, ichthyocollam inventit, malumque & antennam navi imposuit. Hic accusatus quod Perdicem sororis filium interremisset, judicii meru in Cretam fugit, ubi Labyrinthum fabricavit, cui Minotauros includeretur, opus portentosissimum humani ingenii. Dictus Dædalus (ut quidam existimant) δοῦλος δαδædæli, quod est variare, seu ornare. Alii hoc verbum à dædalo derivatum putant, ob multiplex, variumque ingenium hominis, propter quod Græci δædælos, varium dicunt, ingeniosum.

Lucretius quoque terram ob rerum artificiorumque varietatem, Dædalam nominat: Ennius simili modo Minervam: Virg. Circen. Plautus Logodædalos vocavit, qui dolum celant sermonis ornatum. ¶ Dædali alæ, Δαδæλæ πτερον: dici solitum ubi aliquis non satis idoneus ad negotium conficiendum, artis alicuius, & auxiliis accessionem adjungeret: aut quum quis urgente necessitate ad nova configit consilia. ¶ Dædali opera, Δαδæλεια ποίησις, dicuntur quæ novo artificio fabricata sunt & admirando. ¶ Remigiis Dædaleis, ad celeritatem significandam. Plaut. in Amph. dixit pro volatu.

¶ Dædalus, a, um, ingeniosus, artificiosus, arte singulari factus, variegatus, variè ornatus. Item,

Dædaleus, a, um: δædælæus, & δædælæus, n, or, ex δædæla, artificiosè facio, variego. Thæma est δædæla, scio. Dædala terra. Luct. à varietate rerum, quæ in ea est. ¶

Dæmögörgön, δæmögörgön, Latinè dicitur deus terræ: quo nomine veteres